THEEK GENT
73

J. Roulez
Acc 7297

Digitized by Google

HELLANICI LESBII FRAGMENTA

E VARIIS SCRIPTORIBVS COLLEGIT
EMENDAVIT ILLVSTRAVIT
COMMENTATIONEM
DE HELLANICI AETATE VITA
ET SCRIPTIS IN VNIVERSVM
PRAEMISIT
ET INDICES ADIECIT
FRIDERICVS GVILIELMVS STVRZ.

EDITIO ALTERA
AVCTA ET EMENDATA
CVI ACCESSIT
GVLIELMI CANTERI
SYNTAGMA
DE RATIONE EMENDANDI GRAECOS AVCTORES.

LIPSIAE
SVMTIBVS C. H. F. HARTMANNI
CIↃIↃCCCXXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI

S. D.

FR. GVIL. STVRZ.

Ne forte mireris, me bonas meas horas consumsisse in colligendis, emendandis et illustrandis operum Hellanici reliquiis et hanc operam sine vlla spe vtilitatis a me susceptam existimes: en! paucis hoc loco exponere consilii mei rationem visum est. Scilicet quum ego ante annum, et quod excurrit, non solum ad penitius cognoscendam historiam Graecam omninoque antiquam, verum etiam ad colligendam dissertationi de dialecto Alexandrina scribendae materiam, constituissem studiose perlegere et diligenter inter se conferre variorum, et antiquorum et recentiorum qui illos illustrarent, scriptorum libros: praeter alios legi etiam *Salmasii* scripta, in his commentarium de hellenistica. Vt autem ex eo, quod non data opera — quae fuisset opera insana — sed inter legendum, excerpseram variorum antiquissimorum scriptorum fragmenta passim sparsa et nondum a quoquam collecta, intelligere quilibet facile potest, me non tempus perdidisse conquirendo: ita fateor, me primum cogitare coepisse de nonnullis eorum coniunctim edendis, postquam legissem laudatum illum librum *Salmasii*. Ibi enim passim vir magnus Hellanici et Pherecydis auctoritate vtitur eo consilio, ut demonstret, quod quidem aliis

Digitized by Google

argumentis demonstrari recte potest, olim vnam fuisse linguam Graecam, quae demum post emissas colonias, Ionicam maxime et Aeolicam, pepererit plures dialectos. Quam viri egregie docti sententiam, quia per temporis angustias tum non potueram satis examinare, secutus et ipse quodammodo sum in dissertatione de dial. Alex. p. 11. sed ita tamen, vt in nota subiecta p. 12. ostenderem, magna hoc in genere cautione opus esse, et me hoc aliquando vberius explicaturum esse promitterem. Vt igitur, quid nunc mihi statuendum de illa *Salmasii* sententia videatur, promissi memor exponam, omnino nego eam posse pro vera haberi. Nam vt ex vsu loquendi et lingua Hellanici colligi posset antiqua linguae Graecae natura, opus erat, vt Hellanicus aetate praecederet migrationes illas Graecorum in Asiam, et vt ipsa eius verba superessent. Neutrum vero nos recte possumus affirmare. Satis enim apparebit e commentatione mea de Hellanico §. 2. Hellanici aetatem fere incidere in Olymp. 71, 1. hoc est, Hellanicum mille fere annos post illas migrationes vixisse. Idem patet e fragm. V, vbi Hellanicus ipse traditur exposuisse de colonia Aeolica ab Oreste deducta, et e fragmm. XI et XII, vbi de Neleo, coloniae Ionicae duce, eiusdem Hellanici narratio extat. Taceo multa alia argumenta. Alterum illud, quod proposui, quin negari a quolibet debeat, nemo videtur posse dubitare. Conf. Commentat. de Hellanico §. 8. Non plane eodem, sed tamen non admodum dissimili, modo statuendum arbitror de Pherecydis fragmentis, de quibus et ipsis, *εἰ μή τι ἀναγκαῖον ἀποκωλύει*, breui fortasse dicturus sum. Etsi igitur hunc quidem vsum, quem *Salmasius* tribuebat locis Hellanici, hi praestare non possunt: tamen tales reliquiarum e veterum scriptorum libris, tanquam tabularum e naufragio, collectiones non vtilitate carere, non opus est vt ego demonstrem, quum argumenta huius rei, praeter multos alios, be-

Digitized by Google

ne exposuerit *Ioh. Andr. Suchfort* in praefatione ad fragmenta *Stesichori* Lyrici, cum epistola *Heynii* a se edita Goettingae 1771. 4. et multa virorum insigniter doctorum exempla hoc meum consilium adiuuent. Vnum addo, quod dubito an ab aliis allatum sit. Non parum enim conferre tales collectiones eo possunt, vt in alicuius rei veritate per auctoritatem scriptoris alicuius idonei confirmanda, rectius versari discant homines alias non indocti, sed hoc in genere saepe negligentes. Nam quum, praesertim in antiquitatibus et genealogiis explicandis, scriptores antiqui, quorum integri libri supersunt, saepe nos destituant, argumenta peti a multis solent e scriptoribus recentioribus, maxime e Grammaticis et Scholiastis. Qui quam parum auctoritatis ipsi habere possint in narrandis rebus vetustissimis, sponte quisque perspicit. Ergo laudari testes debent scriptores antiquissimi, quorum loci a recentioribus seruati sunt. Viderunt hoc et recte secuti sunt multi viri docti, *Meursius*, *Salmasius*, *Fischerus*, cuius in his litteris institutione me olim vsum esse, semper gratus recordabor, *Heynius* et alii. Sed multi etiam — neminem autem nomino — turpiter hic peccarunt. Neque vero illud, quod Hellanicus multa tradidisse reperitur, quae ad mythicam doctrinam potius quam ad historiam pertinerent, puto mihi oppositurum quenquam esse, qui verum et iustum mythorum vsum vel expertus ipse cognouerit, vel didicerit e virorum doctissimorum hac de re dissertationibus, quarum breuissima, sed optima eadem et plenissima, debetur *Heynio*, in praefatione ad notas in *Apollodorum* p. 4 — 9.

Iam dicenda quaedam sunt de ipso modo, quo in toto hoc libro scribendo vsus sum. Et ad priorem quidem eius partem quod attinet, in chronologia constituenda ducem fere semper secutus sum *Simsonum*, quia in plerisque fide dignus videbatur. In reliquis videbor fortasse nonnullis nimius esse in con-

Digitized by Google

iecturis. Qui igitur ita existimant, ii perpendant quaeso, me coniecturas proposuisse tanquam coniecturas, et doceant me certiora. Nam de coniecturis ego quidem cum nemine pugno, ita tamen, vt nec aliis liceat meras coniecturas, quamuis fortasse meis verisimiliores, pro veritate vendere. Notae, quas addidi Hellanici locis, ex meo consilio versari inprimis debebant vel in emendandis Hellanici verbis, vel in iisdem explicandis, vel in illustranda re ipsa. Primi generis notae an vbique satis facturae sint viris rei criticae me peritioribus, possit fortasse dubitari. Est haec res longi temporis, studii acerrimi, diligentiae incredibilis, ingenii denique non vulgaris. In his igitur si quid mihi minus bene cesserit, facile me veniam impetraturum esse spero a viris eruditis, et vt rectiora suppeditent, humanissimis precibus rogo. Ex altero genere paucas adspersi. Neque enim verba Hellanici, vt quidem nunc seruata leguntur, magna laborant difficultate. Si cui tamen vel pauciores iusto videantur, vel plures, permittam ego illi, vt suo sensu fruatur, ille vicissim mihi permittat, vt ego meo. Maximus numerus est illarum notarum, quibus rem ipsam, de qua agitur, illustrare volui ita, vt vel Hellanici narrationem cum narrationibus aliorum comparrarem, et, quaenam praeferenda mihi videretur, ostenderem, vel nonnulla intelligentiae impedimenta, inprimis ab orationis breuitate obiecta, collatis aliis, qui rem eandem plenius tradidissent, scriptoribus, removerem, vel omnino quaedam afferrem ad defendendam atque confirmandam Hellanici sententiam. Hoc genus notarum fateor mihi difficillimum videri, non modo quia in tanta scriptorum, qui conferri et laudari necessario debent, multitudine insignis errandi occasio et facultas est, sed multo magis propter peruersum seculi morem, quo fit, ut nisi quis, mentione alicuius rei vel leuiter iniecta, statim congesserit et coaceruauerit nomina innumerorum librorum et

Digitized by Google

libellorum, cuiuscunque tandem pretii, is valde verendum sit ne indoctus et labori quem suscepit perferendo impar existimetur. Iam non quidem ego negare ausim, vtile esse, vt de re, quae iam ab aliis bene tradita sit, non denuo multis exponatur, et lectores potius remittantur ad eorum scripta, qui rem illam recte docuerint. Sed nonne melius lectorum vtilitati consulitur, si laudemus vnum atque item alterum de argumento proposito librum, quam si immensam librorum, quos nunquam vidimus, copiam e diariis et actis litterariis corradamus, et sine vllo iudicio, ad solam manuum industriae ostentationem, lectoris oculis subiiciamus? Nonne aliud est, afferre quae ad rem propositam facilius et melius intelligendam faciant, aliud, bibliographiam condere? Quis v. c. ad fragm. LXII. p. 92. sqq. desiderabit (*Kleffelii*) *Apologiam Sardanapali*, quae extat in Obseruatt. selectis ad rem litterariam spectantibus, T. X. (Hal. 1705 8.) p. 398—424. Ego certe adeo nihil ex ea profeci, vt eam recte mihi videar silentio praeterire potuisse. Itaque quanquam cum multis viris grauibus et vere eruditis pessimam istam consuetudinem plane damno: tamen hoc ei dandum putaui, vt de nonnullis rebus, tanquam de Areopago, de eunuchis, e. s. p. de quibus multi libri praeclare scripti extant, plures laudarem, quam reuera mihi opus esse videretur. Nunquam vero, nisi vbi id diserte addidi, laudaui librum aliquem, quem non ipse vidissem atque legissem. Nolo enim omnia scire atque legisse videri. Si tamen alicubi librum aliquem, qui laudandus fuisset, vel ignorans vel oblitus vel aliis de causis omisi, non respuo iustam et aequam animaduersionem. Neque enim omnia possumus omnes, et nullius saltem negligentiae mihi conscius sum. Idem iudices velim de omissis forte quibusdam Hellanici locis, quales inprimis fieri potest vt plures reperiantur apud *Eustathium*, cuius in *Homerum* commentarios non-

Digitized by Google

dum integros perlegi, sed data occasione, quum illos aliis de causis euoluissem, fragmenta Hellanici in iis reperta enotaui. Omninoque operam dedi, vt appareret, me nullo modo defendere velle meos errores, neque tantum aequo animo laturum esse virorum doctorum animadversiones, sed gratiam adeo iis habiturum.

Digitized by Google

LECTORI

ITERVM SALVTEM.

Haec fere scripseram Lipsiae adhuc degens, anno 1787. Eo enim anno primum edidi Hellanici Lesbii operum reliquias. Atque hac editione usus vir quidam doctus in Disputatione *on certain early Greek Historians, mentioned by Dionysius of Halicarnassus*, quae inserta legitur *Museo Critico*, or Cambridge Classical Researches, Nr. V. June 1815. p. 90 — 107. omnia, quae ego collegeram, sed fere sine vlla annotatione, repetiit, nihil vero, quod non ipse attulissem, afferre potuit, neque omnino quicquam mutauit, nisi quod interdum fragmentum aliquod ad aliud Hellanici opus retulit, quam ego. Et sane multa fragmenta, quae ex quo Hellanici libro desumta essent non constaret, quia scriptores, a quibus seruata sunt, id indicare omiserunt, possunt nonnullis videri ad alia opera pertinere, quam mihi. Ea vero de re, quum sit incertissima, et de qua nunquam sperari possit omnium eruditorum hominum consensus, cum nemine pugno, atque dissensionem facile fero.

Accipe etiam alia. Illius librarii, qui primae illi editioni sumtus suppeditauerat, filius anno 1796., quo facilius venderentur *Demetrii Cydonii* opusculum de contemnenda morte, *Antonini Liberalis* Transformationum congeries, *Aesopi* et *Babrii* fabulae nonnullae, et *Pselli* Synopsis legum, Hellanicum meum agmen ducere iussit in collectione scriptorum, quos

Digitized by Google

modo nominaui, eamque inscripsit *Auctores Graeci minores*. In hac collectione, quae me nesciente, neque adeo volente, facta est, nihil noui accessit nisi nomen et inscriptio, ita vt anno 1796. Hellanici fragmenta iterum edita fuisse recte dicere nemo possit. Secunda igitur est, quae nunc demum prodit, editio. Et hanc in ipsa libelli fronte videor mihi recte dixisse non tantum emendatam, id quod per se intelligi poterat, sed etiam auctam. Accesserunt enim fragmenta circiter viginti, et annotationes multo quam in prima editione vberiores. Praeterea ut scirent lectores, quibus scriptoribus fragmenta Hellanici deberentur, addidi hic statim eorum catalogum, quod ipsum de Pherecydeis feceram.

INDICVLVS
SCRIPTORVM VETERVM

e quibus vel ea, quae ad vitam Hellanici pertinent, vel ipsorum eiusdem operum reliquiae depromtae sunt:

Agathemerus.
Anonymus de mulieribus bello claris.
Antigonus Carystius.
Aristides.
Arriani Dissertationes Epicteteae.
Athenaeus.
Auieni descriptio orae maritimae.
Bekkeri Anecdota Graeca.
Bibliotheca Coisliniana.
Chronicon Paschale.
Cicero.
Clemens Alexandrinus.
Constantinus Porphyrogenitus de Thematibus.
Cyrillus contra Iulianum.

Digitized by Google

Damascius *περὶ ἀρχῶν*.
Diodorus Siculus.
Dionysius Halicarnassensis.
Donati Commentarius ad Terentium.
Etymologicum Magnum.
Eudociae Violarium.
Eusebius in Chronico.
de Praeparatione euangelica.
Eustathii ad Homerum Commentarii.
Fulgentius.
Gellius.
Georgius Cedrenus.
Syncellus.
Harpocration.
Hermogenes.
Hesychius.
Iosephus.
Iustinus Martyr.
Lucianus.
Lutatii Scholia ad Statium.
Marcellinus in vita Thucydidis.
Parthenius.
Pausanias.
Phauorinus.
Photii Bibliotheca.
Lexicon.
Plinius maior.
Plutarchus.
Proclus in vita Homeri.
ad Hesiodum.
Scholiastes Aeschyli.
Apollonii Rhodii.
Aristophanis.
Dionysii ad *Τέχνην*.
Euripidis.
Hesiodi.
Homeri.

Digitized by Google

Pindari.
Platonis.
Sophoclis.
Theocriti.
Sotion de fluuiis.
Stephanus Byzantinus.
Strabo.
Suidas.
Theodoretus.
Theophylactus Simocatta.
Thucydides.
Tzetzis Commentarius ad Lycophronem.
Posthomerica.
Zenobius.

Indices item adieci et scriptorum in annotationibus emendatorum, et rerum ac verborum memorabilium.

Auxi vero hanc alteram Hellanici editionem etiam alio modo. Comitem enim ei esse iussi libellum et rarissimum et vtilissimum, GVLIELMI CANTERI de ratione emendandi Graecos auctores Syntagma, cuius nouam editionem iam olim ad Hellanici Fragm. II. promiseram, quae quibus de causis tam diu intermissa et in hunc vsque diem dilata sit, in hac altera Hellanici editione ad eundem locum pag. 42. indicandum putaui. Iam quanquam mea Canteriani libelli editio nunc ob easdem causas minus, quam olim mente conceperam aucta apparet, tamen vel sic eam viris doctis non ingratam futuram esse sperabam. Nam *Canterus* Syntagma suum primo quidem suae *Aristidis* versioni Latinae, quam Basileae 1566. fol. publicauit, et, nisi fallor, etiam secundae Nouarum Lectionum editioni, quae eodem anno exiit, subiunxerat, sed *Paulus Stephanus* in Graeco-Latina eiusdem *Aristidis* editione, quam anno 1604. 8. curauit, omiserat. Deinde idem Syntagma *Canterus* Nouis Lectionibus, Antuerpiae 1571. 8. tertium editis, recens auctum ad-

Digitized by Google

diderat. Hae vero Lectiones, etsi ab *Iano Grutero* Tomo tertio Lampadis artium insertae sunt, tamen, quod *Fabricius* Biblioth. Graec. Vol. I. pag. 833. (Vol. II. p. 745. edit. *Harles.*) iure miratur, non additum habent nobile illud Syntagma, quod adeo separatim non raro venditum fuisse scio. Nam tertiae Nouarum Lectionum editioni, quam emeram, non additum inueni, sed postea tanquam libellum separatim vendi solitum, et summae raritatis, nactus sum. *Samuel Iebbius* quidem eundem suae *Aristidis* editioni, quam Oxonii annis 1722. et 1730. 4. duobus voluminibus emisit, comitem addidit Vol. II. p. 621 — 631. Sed partim haec *Aristidis* editio non minus rara est, quam reliquae Canteriani Syntagmatis editiones, partim hoc in ea legitur ex antiquiore illa editione, quam anno 1566. prodiisse dixi, hoc est, multo imperfectius et minus plene. Eximia libelli raritas effecisse videtur, vt is anno 1812. repeteretur in *Classical Journal* Nr. IX. March. p. 203—214. et Nr. X. Iune p. 361—371. At haec eius repetitio saltem nostratibus magno vsui esse vix potest, quum ne istud Diarium quidem in multorum popularium meorum manibus esse queat.

Iam quid ego in hac noua Canteriani Syntagmatis editione vel spectauerim, vel praestiterim, paucis ostendendum videtur. Scilicet vnice mihi proposita fuit vtilitas popularium, quippe quos diutius carere libello illo nolui, quem certatim laudari a viris doctis minime mirum est. *Canteri* enim correctiones pleraeque ita certae et euidentes visae sunt doctis Graecorum scriptorum editoribus, vt eas reciperent tanquam genuinas lectiones. Et sane magnam istarum emendationum partem Codices manu scripti, qui post *Canteri* aetatem consulti sunt, egregie confirmarunt. Quae fortasse causa est, cur melioris lectionis auctor non ab omnibus, neque semper, sit nominatus. Quia autem secunda vel tertia libelli editio, quam dixi an-

Digitized by Google

no 1571. publicatam esse, et quam repetendam censui, nonnulla non habet, quae in Iebbiana *Aristidis* editione leguntur, ea, ne quid deesset, addenda putaui, saltem in Notis; quanquam si ea omisissem, nemo me videtur reprehensurus fuisse, quum ea ab ipso *Cantero*, tanquam minus probanda, in ultima editione omissa esse verisimile sit. Quoties editionem *Aristidis* memoraui, intelligi volui Iebbianam, vtpote quae sola mihi ad manus fuit. Quae igitur in hac addita sunt, ipse quoque addidi; quae vero omissa, non indicaui. Alia enim, inprimis ex *Aristide*, ibi addita reperiuntur, alia vero, maxime ex aliis scriptoribus, praetermissa sunt. Locos a *Cantero* emendatos diligenter quaesiui, plerosque etiam inueni, et me adscriptis vel paginis vel capitibus et minoribus sectionibus, quibus recentiores veterum scriptorum editiones excellunt, lectoribus gratum fecisse mihi persuasum est. Paucos ex innumeris locis inuenire non potui. Eos facile addent, qui id curare per alias causas coacti erunt. Interdum me dubitare significaui, quemnam *Aristidis* vel etiam alius scriptoris locum in mente habuerit *Canterus*. Neque enim propter vnius particulae emendationem totum aliquem librum perlegere libuit. Quibus locis *Andocidis*, *Dinarchi*, *Lesbonactis*, *Herodis*, *Gorgiae*, *Lycurgi* paginas simpliciter adscripsi, eos laudaui ex editione Hanouiensi, 1619. octonis vulgata. In quibus laudandis Reiskiana editione vsus sum, diserte id dixi. Locos *Demosthenis* et *Lysiae* semper ex hac indicaui. *Heliodorum* laudaui ex editione Commeliniana duplici: primum ea, quae anno 1596. deinde quae 1611. prodiit. Sed hae duae editiones paginis non multum inter se differunt. Quum *Canterus* non raro Nouas suas Lectiones citauerit, vti tantum potui tertia earum editione. In editione *Aristidis* Iebbiana laudatae illae sunt ex editione secunda, quae eodem quo Latina *Aristidis* versio anno prodiit. Sed in hac editione pa-

Digitized by Google

tet non pauca ab auctore posita fuisse, quae is postea in tertia editione resecuerit. Non igitur mirari licet, in *Aristidis* editione passim nonnulla afferri e Nouis lectionibus, quae quum in tertia harum editione non insint, a me reperiri non potuerint. Talia sunt ad pag. 21. et 22. et 43. Syntagmatis separatim editi ex Nouarum Lectionum lib. 1. cap. 7. ad pag. 26. ex earundem fine libri primi ad pag. 38. ex lib. 3. cap. 5. et ad pag. 39. ex libro quarto extremo. Quoniam a *Frid. Sylburgio* et *Ioh. Aug. Ernestio* aliisque viris doctis Syntagma Canterianum laudari solet numeris paginarum editionis anno 1571. factae adiectis, commoditati vtentium eo consulere studui, vt marginibus meae editionis adscribi iuberem paginas editionis modo dictae, quae est omnium plenissima. Praefationes *Canteri* duas praemisi: primo eam, quam scripsit Syntagmati separatim et auctius edito, quod eodem anno ac tertiam Nouarum Lectionum editionem prodiisse ostendi, deinde antiquiorem, hoc est, eam, quam primae Syntagmatis editioni praefixerat. Et haec quidem Syntagmatis atque adeo praefationis editio prima repetita est in Iebbiana editione *Aristidis*. Quo factum est, vt multo ieiunior ista Syntagmatis editio esset ac macrior, quam haec nostra, in qua, vt supra innui, ne quid desiderari vel a fastidiosissimo lectore posset, ea quoque rursus posui, quae *Canterus* in vltima editione omittenda putauerat, et quae ego ad Hellanici fragm. II., fortasse minus recte, additamenta nominaui. Sed neque de sedibus talium emendationum anxie quaesiui, et semper eas ex *Aristidis* editione Iebbiana petitas esse monui.

Haec ad recte iudicandam nouam *Hellanici* et Syntagmatis Canteriani editionem poterant sufficere. Quum vero temerarium foret sperare, tertiam fragmentorum *Pherecydis* et *Acusilai* editionem a me curari posse, quumque me nonnulla talia in secunda editione male omisisse animadvertissem, haec in fine

Digitized by Google

huius praefationis recte addi existimaui. Omnia illa sumta sunt ex iis ad *Pindarum* Scholiis, quae *Boeckhius* e Codicibus MSS. edidit.

Schol. Pindar. ad Olymp. 3, 52. *ἐπιμελῶς οἱ ποιηταὶ τὴν θήλειαν ἔλαφον κέρατα ἔχουσαν εἰσάγουσι· καθάπερ καὶ τὴν θηλάζουσαν τὸν Τήλεφον γράφουσι καὶ πλάττουσι. — θήλειαν δὲ εἶπε* (Pindarus) *καὶ χρυσόκερων ἀπὸ Ἱστρίας. ὁ γὰρ Θησηΐδα γράψας τοιαύτην αὐτὴν λέγει, καὶ Πείσανδρος ὁ Καμειρεύς, καὶ Φερεκύδης.*

Plurium veterum scriptorum locos, quibus ceruas quoque cornua habere doceatur, collegit *Fischerus* ad *Anacreont.* fragm. XXI. p. 353. Inprimis huc pertinet locus *Aeliani* hist. anim. 7, 39. — *Telephus* est notus Herculis ex Auge filius. Vid. *Acusilai* fragm. XXVI. et *Apollodor.* 2, 7, 8. Eum a cerua esse nutritum, docent idem *Apollodorus* 2, 7, 4. *Aelianus* var. hist. 12, 42. aliique. Conf. *Car. Frid. Pezoldi* disp. de *θηριοτρόφοις*, Lips. 1703. 4. — Auctor Theseidos fuit *Diphilus*, quod diserte dicit *Scholiastes Pindari* ad Olymp. 11, 83. Apud *Athenaeum* 6, p. 262. A. et 10, p. 451. B. haec *Diphili* comoedia non *Θησηΐς*, sed *Θησεύς*, nominatur. — Pro *ὁ γὰρ Θησηΐδα* malim *ὁ γὰρ τὴν Θησηΐδα.*

Scholiastes Pindari Olymp. 7, 42. postquam Tlepolemi matrem narrauit ab *Homero* (Iliad. *β*, 658.) Astyochen nominatam esse, haec addit: *καὶ Ἡσίοδος δὲ Ἀστυδάμειαν αὐτήν φησι· Φερεκύδης δὲ Ἀστυγένειαν· ἦν δὲ Φύλαντος θυγάτηρ.*

Homeri traditionem sequitur *Apollod.* 2, 7, 6. et 8. et in priore quidem loco dicit, hunc Phylantem fuisse regem Ephyrae Thesprotorum. Nolo autem plura de his congerere. Otium mihi fecit *Bachetus de Meziriac.* Commentaires sur les Epistres d'*Ovide* T. I. p. 43 — 47. *Schol.*

Digitized by Google

Schol. Pind. Olymp. 7, 60. *ἡ Λέρνη κατὰ μέν τινας κρήνη, κατὰ δέ τινας λοχμῶδες χωρίον. — Φερεκύδης δὲ καὶ πόλιν φησίν.*

Lernam etiam oppidum fuisse, dudum *Cellarius* docuit e *Ptolemaeo* et *Pomponio Mela*. Idem potest ex aliis doceri, vt *Apollodoro* 2, 1, 4. et *Plutarchi* vita Cleomenis c. 15. p. 811. C.

Schol. Pindar. Olymp. 9, 86. *ὁ Πίνδαρος τὴν Πρωτογένειαν ἀναρπασθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Διὸς εἰς τὸ Μαίναλον τῆς Ἀρκαδίας ὄρος κομισθῆναι, τὴν δὲ Πρωτογένειαν Ὀποῦντος τοῦ Ἠλείων βασιλέως φησὶ θυγατέρα, ἄλλων τὴν Πρωτογένειαν Πύρρας καὶ Δευκαλίωνος λεγόντων, ὡς Φερεκύδης φησὶν ἐν τῷ ε.*

Pro *ἀναρπασθεῖσαν* mallem *ἁρπασθεῖσαν*. — *Opuntem*, regem Eleorum, non memini quis appellauerit. Opuntem vrbem nouimus e *Strabone* 9, p. 425. aliisque. — *Protogeniam* dici Deucalionis ac Pyrrhae filiam, notum est. Vid. ad *Pherecyd.* p. 155. edit. 2. — Valde autem memorabilis est locus e *Schol. Pind.* allatus. Partim enim ostendit, Pherecydem nonnunquam, vbi quidem rem non satis certam narraret, etiam aliorum scriptorum sententias memorasse, partim docet, quam vana quamque falsa fuerit spes doctissimi *Matthiae*, de qua in praefatione ad Pherecydeorum editionem alteram p. XIV. sqq. dixi, se sola vi ingenii ac diuinando reperturum esse argumentum singulorum *Pherecydis* librorum. Saltem ille, nisi fallor, facile nunc intelliget, fragmentum *Pherecydis* XXXVIII., vbi agitur de Endymione, Deucalionis et Pyrrhae nepote, non ad librum octauum, sed ad quintum, esse referendum. Nam nota numeri *ε*, apud *Scholiasten Pindari*, non suaserim vt in *ἡ* mutetur.

Haec de Pherecydeis. Sequitur vt etiam *Acusilai* fragmenta augeamus.

Digitized by Google

Schol. Pind. ad Olymp. 9, 70. *κοινὰ τὰ περὶ Δευκαλίωνα καὶ Πύῤῥαν, καὶ ὅτι τοὺς λίθους κατόπιν ῥίπτοντες ἀνθρώπους ἐποίουν, μαρτυρεῖ Ἀκουσίλαος.*

Poteram hunc locum addere fragmento *Acusilai* vndequadragesimo. Sed ad fragmentum XXVI. referre poteram hunc e *Scholiis Pind.* ad Olymp. 7, 42. locum:

ἔοικε δὲ ὁ Πίνδαρος ἐντετυχηκέναι τῷ Ἀχαιῷ ἱστοριογράφῳ· ἐκεῖνος γὰρ οὕτω γενεαλογεῖ·

Ὑπερόχου Εὐρύπυλος· οὗ Ὄρμενος· οὗ Φέρης· οὗ Ἀμύντωρ· οὗ Ἀστυδάμεια ἡ Τληπολέμου μήτηρ· καὶ αὐτὸς δὲ Ἀμύντωρ εἰς Δία τὸ γένος ἀνάγει.

Scilicet *Boeckhius* non absurde suspicatur, pro *τῷ Ἀχαιῷ ἱστοριογράφῳ* reponendum esse *Ἀκουσιλάῳ τῷ ἀρχαίῳ ἱστοριογράφῳ.* Certe Acusilaum genealogiis operam dedisse, demonstraui in Commentatione de Pherecyde §. 10. p. 59. editionis alterius. Iam quum a veteribus permulti commemorentur Eurypyli, non tamen inueni, qui Hyperochum diceretur patrem habuisse. — *Ormenus* non pater Pheretis, auus Amyntoris, vt hoc loco, sed pater Amyntoris, auus Phoenicis, vocatur a *Strabone* lib. 9. p. 438. extr. qui ducem secutus est *Scepsium*, vel potius *Homerum* Iliad. *ι*, 448. — *Astydamia* etiam ab *Apollodoro* 2, 7, 8. dicitur Amyntoris filia. De ea paulo ante dictum est.

Scripsi Grimae, mense Aug. A. C. CIƆIƆCCCXXV.

Digitized by Google

COMMENTATIO
DE HELLANICI VITA AETATE ET SCRIPTIS IN VNIVERSUM.

§. 1.

De Hellanico quae maxime scitu digna sunt, collecta exhibet *Suidas*. Quare ut basin quasi haberem, cui imponerem hanc commentationem, non dubitaui totum eius locum huc transscribere. *Ἑλλάνικος*, inquit, *Μιτυληναῖος, ἱστορικὸς, υἱὸς Ἀνδρομένους, οἱ δὲ, Ἀριστομένους, οἱ δὲ, Σκάμωνος·* *) *οὗ ὁμώνυμον ἔσχεν υἱόν. διέτριψε δὲ Ἑλλάνικος καὶ σὺν Ἡροδότῳ παρὰ Ἀμύντᾳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ, κατὰ τοὺς χρόνους Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους· καὶ Ἑκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐπέβαλε, γεγονότι κατὰ τὰ Περσικὰ, καὶ μικρῷ πρός. ἐξέτεινε δὲ*

*) Potest hoc nomen verum putari, quia *Suidas* in alio loco haec posuit: *Σκάμων, ὄνομα κύριον. Eudocia* in *Ἰωνιᾷ* p. 163. (in *Villoisoni* Anecdot. Graec. T. I.) nihil hic iuuat. Nam statim post nomen *Ἀνδρομένους*, reliquis omissis pergit: *διέτριψε παρὰ Ἀμύντᾳ σὺν Ἡροδότῳ, κατὰ τοὺς χρόνους Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους. συνεγράψατο πλεῖστα πεζῶς τε καὶ ἐπικῶς.* Si igitur Hellanicus ab usitata ratione non desciuit, Scamon fuisse filius eius maior natu vel maximus putandus est. Alius vel eiusdem vel Milesii Hellanici, vel potius Hellanici grammatici, de quo infra §. 10. dixi, filius fuerit *Sandon*. *Suidas* enim alio loco dicit: *Σάνδων, Ἑλλανίκου, φιλόσοφος, ἔγραψεν ὑποθέσεις εἰς Ὀρφέα, βιβλίον ά.*

Digitized by Google

καὶ μέχρι τῶν Περδίκκου χρόνων, καὶ ἐτελεύτησεν ἐν Περπερήνῃ, τῇ κατ' ἀντικρὺ Λέσβου. συνεγράψατο δὲ πλεῖστα πεζῶς τε καὶ ποιητικῶς. Vocatur igitur Hellanicus *Mitylenaeus*, ut distinguatur ab aliis Hellanicis, quales plurimi fuerunt. Nam non ſolum *Syracusanus* Hellanicus commemoratur a *Plutarcho* [a]), et a *Pausania Eleus* [b]), atque duo *Ephesii* [c]), ab aliis alii, verum etiam a *Suida*, ut ab *Eudocia* loco laudato, *Milesius*, quo nullus putatur facilius cum *Mitylenaeo* posse confundi. Nam fuit et ipse Historicus, et scripsit Περίοδον γῆς atque Ἱστορίας, auctore *Suida*, qui tamen plane nihil tradit de eius aetate aut reliquis vitae partibus. E quo colligere quis probabiliter possit, eum non tantum apud veteres gloriae consecutum esse, quantum tributum fuit alteri, quem *Mitylenaeum* ſolus *Suidas* appellat, reliqui scriptores, quotquot eius patriam commemorant, omnes nomine magis generali *Lesbium*. Unde etiam a *Strabone* [d]) recenſetur in eorum ſcriptorum numero, qui e Lesbo fuerint oriundi. Ab eodem *Suida*, ut a *Ge. Syncello* [e]) et *Photio* [f]), vocatur ἱστορικὸς, atque ab *Eusebio* [g]) et inde a Chronici Paſchalis auctore [h]), ἱστοριογράφος, ſed συγγραφεὺς a *Strabone* l. l. et a *Plutarcho* [i]). E qua diuerſorum ſcriptorum inter ſe collatione apparet, non omnino

a) in vita Dionis (nam huius aetate vixit iste Hellanicus) p. 976. D. E. ed. *Wechel.*

b) Fuit in eorum numero, qui Aristotimum, Eleorum per sex menses tyrannum, eiecerunt. v. *Paus.* 5, 5.

c) Alter fuit pater Amyntae cuiusdam, pancratiastae, (*Paus.* 6, 4.) alter, qui etiam Lepreates dicitur, Olymp. 89. victor renunciatus fuit ἐπὶ πυγμῇ παίδων. *Paus.* 6, 7.

d) 13, p. 618. C. ed. *Casaub.*

e) chronograph. p. 238. C. ed. Paris. 1652. fol.

f) cod. 176. p. 204. ed. *Hoeschel.* (T. I. p. 121, 18. ed. *Bekker.* Berol. 1824. 4.)

g) in chronico, ad Olymp. 70.

h) p. 146. C. ed. *du Fresne*, Paris. 1688. fol.

i) in Alcib. p. 201. E.

Digitized by Google

verum esse *Ammonii* praeceptum [k]), ἱστοριογράφον dici eum, qui tradat res ante se gestas, συγγραφέα autem, qui narret res suae aetatis. Hellanicus enim, ut infra videbimus, scripsit vel maxime rerum ante sua tempora gestarum historiam.

§. 2.

Quae deinceps *Suidas* attulit de patre et filio nostri Hellanici, ea certa sint nec ne, equidem definire non possum. Fides sit penes auctorem. Quae vero de eius aetate tradidit Lexicographus, ea parum se probabilitate commendant. Amyntas enim, huius nominis in Macedonum regibus primus [a]), in cuius aula versatos esse dicit Hellanicum et Herodotum, regnauit ab Olymp. 56, 4. usque ad Ol. 69, 1. Euripides vero atque Sophocles, quos aequales facit Hellanici, floruerunt cum Herodoto maxime temporibus Perdiccae II. et Archelai. Nam Euripides natus est Ol. 75, 1. regnante in Macedonia Alexandro. Huic autem ineunte Olymp. 80. successit Perdiccas, qui etsi regnasse dicitur ad Ol. 93, 3. quo anno Euripides mortuus est, dubium tamen non est quin obierit citius [b]), ita ut Euripides iam sub Archelao obiisse dicendus sit, qui regnum tenuit usque ad Ol. 95, 1. Sophocles quo anno natus sit, non satis consentiunt veteres. Alii enim eum natum esse perhibent Ol. 71, 2. alii Ol. 73. annis decem et septem ante Socratem. Sed mortuum eum esse constat Ol. 95, 1. Herodotus denique natus est Ol. 74, 1. Tum quanquam *Suidas* Hecataeum Milesium floruisse dicit belli

k) in v. ἱστοριογράφος, p. 76. vbi vid. *Valckenaer.*

a) Nam Amyntas II. multo minus intelligi potest, quia ex ipsis *Suidae* verbis intelligi potest, eum priorem fuisse Perdicca. Sed Amyntas hic regnare coepit Olymp. 96, 3. qui fuit annus imperii Artaxerxis Mnemonis duodecimus.

b) v. *Wesseling.* ad *Simeon.* chron. a. 3599.

Persici tempore, h. e. Darii Hystaspidae aetate, et paulo diutius [καὶ μικρῷ πρός. Ita enim haud dubie legendum est, non, ut *Portus* volebat, πρό. [bb])], ergo fortasse ad finem imperii Darii, h. e. ad Ol. 73, 4. tamen, si vera essent, quae idem dicit in v. Ἑκαταῖος, Hecataenm Ol. 65. floruisse, non intelligi posset, quomodo familiariter eo uti potuisset [c]) Hellanicus, qui

bb) Haec sententia mea probatur *Creuzero* ad Historicorum Graecorum antiquissimorum fragmenta (Heidelb. 1806. 8.) p. 4. Et potest illa magis confirmari verbis *Suidae* not. c. allatis.

c) Ita enim intelligunt in *Suidae* loco verbum ἐπέβαλε, neque sane video, cur haec, quam supra posui, notio ei recte tribui nequeat. *Suidas* enim, in v. ἐπέβαλεν, explicat hoc verbum non solum verbis ἤρξατο et ἐπεχείρησεν, quae huc non pertinent, verum etiam his: ἢ ἀντὶ τοῦ συνῆν. Quae omnia interpretamenta *Phauorinus* quoque in suum Lexicon transtulit. *Suidas* vero, vt suam interpretationem veram esse ostenderet, addidit hunc locum: ὃς καὶ Ἑκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐπέβαλεν, γεγονότι κατὰ τὰ Περσικά, καὶ μικρῷ πρός. ἐξέτεινε δὲ μέχρι τῶν Περδίκκου χρόνων. Atqui hic est ille ipse locus, de quo quaerimus. Vid. initium huius commentationis. Putem igitur, non cogitandum esse de familiari consuetudine, qualis est amicorum, sed de conuersatione (συνουσία) discipuli cum magistro, sic ut saepe οἱ συνόντες sunt discipuli. Ita ἐπιβάλλειν verti possit *accedere* s. *applicare se*, vt παραβάλλειν apud *Diog. Laert.* 5, 9. et saepius. Possumus vero etiam aliter interpretari verba ἐπέβαλεν et συνῆν, vt simpliciter significetur, Hellanicum eodem tempore, quo Hecataeum, vixisse. Quemadmodum enim ἐπιβάλλειν dicuntur ii, qui aduenient in aliquem locum, aut eum attingunt, ita etiam, quum verba loci et temporis inter se permutentur, ἐπιβάλλειν τινὶ recte, vt opinor, dici potest is, qui alicuius aetatem attingit, qui per aliquod tempus est aequalis alicuius. Sic *Suidas* in Ἱπποκράτης, postquam Hippocratis magistrum a nonnullis etiam Democritum perhiberi dixit, haec addit: ἐπιβαλεῖν γὰρ αὐτὸν νέῳ πρεσβύτην. Et in Μάγνης Ἰκαρίου· ἐπιβάλλει δ' Ἐπιχάρμῳ νέος πρεσβύτῃ. Et in Φιλόχορος· κατὰ δὲ τοὺς χρόνους γέγονεν ὁ Φιλόχορος Ἐρατοσθένους, ὡς ἐπιβαλεῖν πρεσβύτῃ νέον ὄντα Ἐρατοσθένει, pro quo *Lexius* ad *Philochori* fragmenta p. 3. Ἐρατοσθένη legendum esse existimat. recte. *Sibelisius* laudauit etiam *Clementis Alexandr.* Strom. 1, p. 327. A. ὥστε ἐπιβαλεῖν αὐτῷ (Ὁμήρῳ) Λυκοῦργον τὸν νομοθέτην, ἔτι νέον ὄντα. Et p. 333. C. Εὔμηλος ὁ Κορίνθιος — φέρεται ἐπιβεβληκέναι Ἀρχίᾳ. Similiter *Polybius* 2, 56, 2. ὅσα συνεπι-

Digitized by Google

tempore mortis Darii duodecim fere annos natus fuit. Sed quum ex *Herodoto* [d]) disci possit, Hecataeum floruisse Olymp. 69. et 70. possumus illud *Suidae* largiri. Nam de illa difficultate, quae ex eo exoritur, quod *Suidas* l. l. Hecataeum illum Milesium facit discipulum Protagorae, qui Democrito magistro usus est, et *Strabo* [e]) adeo Xenocratis, qui Platonem audiuit, hic non dicendi locus est, praesertim quum de ea legi possint *Seuini* recherches sur Hécatée de Milet, in Mém. de l'ac. roy. des I. et B. L. T. VI. p. 472 — 485. Redire potius debemus ad Hellanicum et ex aliis scriptoribus veram eius aetatem eruere. Omnino igitur in antiquiorum scriptorum numero ponitur a *Dionysio Halicarnassensi* [f]), a *Plutarcho* [g]) et una cum Dicaearcho a *Scholiasta Aristophanis* [h]). Cum Pherecyde et Herodoto componitur a *Plutarcho* [i]), cum Democrito, Heraclito et Anaxagora a *Georgio Syncello* et in Chronico Paschali ll. ll. Paulo ante bellum Peloponnesiacum et usque ad Thucydidis aetatem vixisse traditur ab eodem *Dionysio Halicarnassensi* [k]). Quum vero ex his omnibus nihil aliud intelligi possit, nisi eum fuisse scriptorem valde antiquum et circa Herodoti tempora vixisse, gaudeo, me novam occasionem nactum esse

βάλλει τοῖς ὑφ' ἡμῶν γραφομένοις καιροῖς. Omnino de vario verbi *ἐπιβάλλειν* vsu egregie disputarunt *Guil. Budaeus* in Commentariis linguae Graecae p. 607 — 615. ed. Basil. 1556 f. et *Schweighäuserus* ad *Polyb.* 3, 38, 2. Similem sententiam Socrates in *Platonis* Theaeteto T. I. Opp. p. 183. extr. his verbis expressit: *συμπροσέμιξα τῷ ἀνδρὶ (Παρμενίδῃ), πάνυ νέος, πάνυ πρεσβύτῃ.*

d) 5, 36. et 125.

e) 12, p. 550. D.

f) archaeol. 1, p. 38. ed. *Sylb.*

g) de Herodoti malignitate, T. II. opp. p. 869. A. e quo tamen loco nihil apparet, nisi eum fuisse Ephoro antiquiorem.

h) ad aves, v. 1403.

i) in Theseo p. 12. A.

k) iudic. de Thucyd. p. 138, 34.

Digitized by Google

iustis laudibus ornandi et omnibus bonarum litterarum studiosis summopere commendandi opus illud *Gellii*, quod *noctes Atticas* inscripsit: quo si careremus, et alias multas res bonas atque praeclaras nesciremus, nec unquam definire satis accurate possemus nostri Hellanici aetatem. Seruauit enim *Gellius* [l]) locum *Pamphilae* hunc: *Hellanicus, Herodotus, Thucydides, historiae scriptores, in iisdem temporibus fere laude ingenti floruerunt, et non nimis longe distantibus fuerunt aetatibus. Nam Hellanicus initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque et sexaginta annos natus videtur, Herodotus tres et quinquaginta, Thucydides quadraginta.* Ergo natus est Hellanicus 12 annis ante Herodotum, 25 ante Thucydidem, h. e. e *Vossii* quidem, *Eusebium* in chronico l. l. secuti, ratione [m]), Olymp. 70, 1. sed secundum *Simsonum* [n]), quem ego sequendum putaui, Ol. 71, 1. Nimis igitur antiquum eum facit *Chronici Paschalis auctor* l. l. ubi haec leguntur: ξζ' ΟΛΥΜΠΙΑΣ. Ἑλλάνικος ἱστοριογράφος, καὶ Δημόκριτος φιλόσοφος, καὶ Ἡράκλειτος ὁ σκοτεινὸς, καὶ Ἀναξαγόρας φυσικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζοντο. Quo minus enim hanc rationem, quanquam ea, quod quidem ad consuetudinem Hellanici cum Hecataeo attinet, magis quam Pamphilana ad *Suidae* rationem accedit, pro vero habeam, impedit *Pamphilae*, feminae Aegyptiae doctissimae, et aetas antiquior et maior auctoritas, quam illius chronici scriptoris. Hic enim saltem non ante seculum septimum post C. N. scripsit, et quam multis ac turpibus mendis opus suum inquinauerit, satis demonstrauit *Reinesius* [o]), ita ut, nisi narrationes eius vel cum aliorum vetustiorum et probatiorum scriptorum narrationibus conueniant, vel in sese habeant omnes certi et

l) N. A. 15, 23.

m) de historr. Gr. 1, 1. p. 8.

n) in chronico catholico p. 702. ed. *Wesseling*.

o) varr. lect. 2, 17. p. 273 — 286.

Digitized by Google

veri notas, vix ei credi unquam possit. Sed *Pamphila* illa floruit sub imperio Neronis, et saepe tanquam idonea testis laudatur a *Diogene Laertio*, etiam a *Photio*. — Illud iam addere liceat, *Suidae* computandi rationem, siue *Pamphilae* siue chronicographi anonymi placita sequaris, plane falsam videri debere etiam propterea, quia *Lucianus* p) Hellanicum Lesbium vixisse dicit annos octoginta quinque, h. e. usque ad Ol. 92, 2. qui erat annus imperii Darii Nothi tertius decimus. Sed hoc ipsum *Luciani* testimonium infringere sine idonea causa conatus *F. C. Dahlmannus* q), Hellanicum etiam post pugnam nauale, quae ad Arginusas commissa fuit, hoc est, post Ol. 93, 3., non solum vixisse, verum etiam nonaginta annos natum in scribenda Atthide adhuc occupatum fuisse, opinatur, atque hanc suam opinionem niti ait *Scholio* ad *Aristophanis* Ranas, quod infra fragm. LXXXXVI. posui, vbi vide quae annotaui. Nam hanc viri docti opinionem mihi non verisimilem videri, libere profiteor. Quomodo vero a sexagesimo quinto ante belli Peloponnesiaci initium anno vsque ad Perdiccam II, cuius tempora *Suidas* ait viuendo attigisse r) Hellanicum, effluxisse dici possunt anni quinque et octoginta? Nam belli illius initium incidit in annum imperii Perdiccae duodetrigesimum, h. e. Ol. 87, 2. — Denique de loco, quo Hellanicus obierit, soli *Suidae* credere debemus, qui eum mortuum esse dicit Perperenae, quod erat oppidum e regione Lesbi, ad sinum Adramyttenum, in Aeolide vel maiori Mysia situm. Quae quidem narratio quum nihil habeat repugnantiae, credi facile potest.

p) macrobb. T. II. p. 474. ed. *Graev.* siue T. III. p. 224, 92. ed. *Reitz.*

q) in *Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte*, Vol. II. P. I. Altonae 1823. 8. p. 124. sq.

r) Ita enim intelligendum est verbum ἐξέτεινε apud *Suidam*, qui etiam verbo παρέτεινε sic vsus esse reperitur, vt in *Καλλίμαχος*, in *Φαβωρῖνος*, in *Ἐπίκουρος*, etc.

Digitized by Google

§. 5.

Mirum autem est, *Suidam* plane nihil dicere de libris, quos composuerit Hellanicus, quum tamen valde celeber fuerit in antiquitate, eiusque plurima scripta saepissime a veteribus scriptoribus commemorata reperiantur. Quare de his iam videndum erit. Sed ante quam ea singula recenseamus, non sine vtilitate cognosci poterunt variorum scriptorum de illis, et vniversis et singulis quibusdam, iudicia. Quae veterum de Hellanico sententiae, quum duplicis maxime generis sint, quippe quarum aliae ad eum laudandum spectent, aliae ad eum reprehendendum: vix melius me hac in re versari posse existimo, quam ut ipsam rei naturam secutus primo de iis agam, qui eum laudarunt, vel certe non reprehenderunt, deinde enumerem eius reprehensores. E priori genere primus esto *Plutarchus* [a]), qui vbi enumerauit diuersas auctorum de Thesei in Pontum Euxinum nauigatione sententias, quorum alii, vt Philochorus, eum vna cum Hercule illuc aduersus Amazonas expeditionem suscepisse et fortitudinis praemium Antiopam accepisse tradiderint, plures vero, in his Pherecydes, Hellanicus, et Herodotus, eum narrauerint solum, post Herculem, cum classe profectum feminam illam captivam abduxisse, hos dicit *πιθανώτερα λέγοντας*. — Alter huius generis locus est *Photii* [b]). Primo enim perstringit Theopompi fastum et arrogantiam, quippe qui omnes, qui ante ipsius aetatem ob eloquentiam inclaruissent, multo se inferiores et ne secundo quidem loco habendos esse gloriatus sit, quoniam ars dicendi suo tempore magna ceperit incrementa. Deinde hoc addit iudicium, vix putari posse Theopompum eo audaciae progressum esse, vt per *τοὺς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις* intelligi vellet Herodotum atque Thucydidem, qui multis in rebus iactatorem illum

a) in Theseo p. 12. A. infr. fragm. LXXXXII.
b) cod. 176. p. 204. (p. 12, 18.)

Digitized by Google

superarent. Fortasse eum respexisse ad Hellanicum et Philistum, historicos, vel ad Gorgiam et Lysiam, oratores. Sed ne horum quidem eloquentiam adeo contemnendam esse. Nimirum videtur Hellanicum et Philistum composuisse *Photius*, non quasi vnius fuerint aetatis, (Philistus enim Hellanico multo iunior fuit) sed quia neuter floruit admodum magna eloquentiae laude. Nam de Hellanico quidem id mox patebit clarius, et Philistum constat sedulum Thucydidei styli imitatorem fuisse, neque adeo dignum vllo modo videri posse illa laude, quae tributa fuit ei, qui proposuit exemplum, quod ipse conaretur imitando exprimere. — Tertius Hellanici laudator est *Agathemerus* [c]), a quo vocatur *ἀνὴρ πολυΐστωρ*, qui *ἁπλάστως*, h. e. *Gronouio* interprete, sine colore et tabula, vt olim receptum erat, historiam tradiderit. — Ad laudes eius referri etiam potest, quod, *Clemente Alexandrino* auctore [d]), Dieuchidas Megaricus initium suae historiae transtulit ex Hellanici Deucalionia, item quod Cephalion vel potius Cephalaeon [dd]) apud *Ge. Syncellum* [e]) se ab iis rebus incipere profitetur suam historiam, quas iam alii tradiderint, inprimisque (*τὰ πρῶτα*) Hellanicus Lesbius, h. e. a Nini temporibus. Quibus addi potest locus *Rufi Festi Auieni* [f]): — „multa rerum iunximus, ex plurimorum sumpta commentariis. Hecataeus istic quippe

c) in geographia, 1, p. 2. ed. *Hudson.* in scriptorib. geographiae minorib. T. II. de quo loco infra dixi §. 10. not. *a*.

d) stromm. 6, p. 629. A.

dd) *Κεφαλαίων* enim, non *Κεφαλίων*, hoc nomen scribendum esse apparet ex *Eusebii* Chronico p. 32. ed. *Scaliger*. Nam *Ge. Syncelli* verba ex illo *Eusebii* loco petita sunt. Conf. *Meursii* Biblioth. Graec. in eius Opp. Vol. III. p. 1192.

e) chronograph. p. 167. A. De Cephalaeone v. *Phot.* cod. 68. p. 50. (p. 34. T I.) qui cum dicit *σύντομον ἱστορικὸν* scripsisse, quod fuisse compendium seu epitomen historiarum *Herodoti*, *Hellanici*, et aliorum, quorum nomina singulis libris praefixerit, intelligitur ex *Eusebii* Chron. 1, p. 32, 32.

f) in descriptione orae maritimae v. 40. sqq. ap. *Hudson* l. l. T. IV.

Digitized by Google

e *Strabone* [g]), qui eum dixisse auctor est, se in fabulis quoque historiae immiscendis atque tradendis non solum Hellanico et Ctesia superiorem fore, sed ipso etiam Herodoto. Idem iudicandum videtur de Ephori criminationibus, qui Hellanicum et eo nomine reprehendisse legitur, quod in narratione de constituta Lacedaemoniorum republica plane non meminerit Lycurgi, omnia eius facta tribuens iis, qui laudem eorum iure sibi vindicare non possent, maxime Procli et Eurystheni [h]), et omnino ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον traditur ostendisse [i]): quum tamen constet, Ephorum ipsum in multis rebus neglexisse veritatem [k]) Eodem modo *Ctesias* [l]) Hellanicum et Herodotum mendacii arguit, quod Cambysem narrauerint cadauer patris non humasse, sed contra legem cremari iussisse. Quin nec Thucydidem hac in vetustos historicos iniuria absolui posse, *Aristides* [m]) ostendit, dum eum descripsisse potissimum ait bellum Peloponnesiacum, antiquioribus bellis posthabitis et vix memoria dignis iudicatis. Hoc enim nihil aliud esse, quam eum declarare Herodoto, Hellanicis et Hecataeis, et omnibus istius aetatis scriptoribus, se iis longe praestare iudicii vi, quippe qui et praestantissima scribenda sibi elegerit, et optime ea scripserit. Videtur *Aristides* in mente habuisse locum

rum fuisse. De maledicentia Theopompi testantur etiam *Iosephus* contr. Apionem lib. I. p. 1051. C. edit. Colon. 1591. fol. *Lucianus* de conscrib. hist. c. 59. T. II. p. 67, 90. ad quem locum vid. *Du Soul.* maximeque *Polybius* lib. 8. cap. 12. et 13. edit. *Schweighäuser.* Conf. *Reisk.* ad initium Archaeologiae *Dionysii Halicarnassensis.*

g) 1, p. 43. C.

h) v. *Strab.* 8, p. 366. A.

i) v. *Joseph.* c. Apion. 1, p. 1034. G. et ex eo *Euseb.* praep. euang. 10, 7. p. 478. C.

k) v. *Diod. Sic.* 1. 59. extr.

l) apud *Photium* Cod. 72. p. 64, 18. (T. I. p. 43, 19.) Locus *Herodoti* est 3, 16.

m) T. II. p. 381. eg. *Iebb.*

Digitized by Google

Thucydidis illum n) vbi se scripsisse dicit res inter bellum Medicum et Peloponnesiacum gestas propterea, quoniam omnibus ante se historicis hic locus praetermissus fuerit. Omnes enim vel res a Graecis ante Medica gestas, vel ipsa Medica narrasse o). Haec quidem, nempe res inter bellum Medicum et Peloponnesiacum gestas, tetigisse etiam Hellanicum, sed et breuiter, et temporum ratione minus diligenter obseruata atque notata. E quibus Thucydidis verbis num recte collegerit Aristides malignum eius animum atque fastum, an vero potius colligi ex iis possit, quam bene existimauerit de Hellanico Thucydides, qui illius historiam dignam putauerit, quam ipse suppleret atque continuaret: lectores ipsi diiudicent. Sed his et aliis, quae afferri ad excusandum Hellanicum possunt, omnibus vltro datis, negari tamen nullo modo potest, exprobrari Hellanico ab aliis talia, qualia ne vere sibi possint exprobrari, quiuis historicus cauere omnibus modis debet.

§. 5.

Nam primo quidem accusatur, quod multa, vel certe nonnulla, ex aliorum operibus ita sumserit, vt ea in suis libris tanquam sua posuerit, neque tantum eorum, qui ante ipsius tempora vixerunt, compilasse legitur scrinia, vt *Melesagorae* Chalcedonii a), sed etiam, quae est maior eius impudentia, ex aequalium scriptis profecit: quam in rem attulisse sufficiet *Porphyrii* locum hunc b): *τὰ Βαρβαρικὰ Νόμιμα Ἑλλανίκου ἐκ τῶν*

n) I, 97. qui locus laudatur paululum mutatus a *Dionys. Halic.* de charact. Thucyd. p. 141, 45.

o) *Schol. Thuc.* explicat: *τὰ Τρωϊκὰ, καὶ Ἀμαζονικὰ, καὶ Θρᾳκικά.*

a) *Clem. Alex.* stromm. 6, p. 629 A. *τὰ Μελησαγόρου*, inquit, *ἔκλεψεν — Ἑλλάνικος.* Vocatur ab aliis *Amelesagoras*, et vixit ante Hellanicum Lesbium. v. *Dionys. Halic.* l. l. p. 185. et quos laudat *Heynius* ad *Apollodor.* p. 987. sq.

b) ap. *Euseb.* l. l. 9, 39. p. 466. B.

Digitized by Google

καὶ μέχρι τῶν Περδίκκου χρόνων, καὶ ἐτελεύτησεν ἐν Περπερήνῃ, τῇ κατ' ἀντικρὺ Λέσβου. συνεγράψατο δὲ πλεῖστα πεζῶς τε καὶ ποιητικῶς. Vocatur igitur Hellanicus *Mitylenaeus*, ut distinguatur ab aliis Hellanicis, quales plurimi fuerunt. Nam non ſolum *Syracusanus* Hellanicus commemoratur a *Plutarcho* [a]), et a *Pausania Eleus* [b]), atque duo *Ephesii* [c]), ab aliis alii, verum etiam a *Suida*, ut ab *Eudocia* loco laudato, *Milesius*, quo nullus putatur facilius cum *Mitylenaeo* posse confundi. Nam fuit et ipse Historicus, et scripsit Περίοδον γῆς atque Ἱστορίας, auctore *Suida*, qui tamen plane nihil tradit de eius aetate aut reliquis vitae partibus. E quo colligere quis probabiliter possit, eum non tantum apud veteres gloriae consecutum esse, quantum tributum fuit alteri, quem *Mitylenaeum* solus *Suidas* appellat, reliqui scriptores, quotquot eius patriam commemorant, omnes nomine magis generali *Lesbium*. Unde etiam a *Strabone* [d]) recensetur in eorum scriptorum numero, qui e Lesbo fuerint oriundi. Ab eodem *Suida*, ut a *Ge. Syncello* [e]) et *Photio* [f]), vocatur ἱστορικὸς, atque ab *Eusebio* [g]) et inde a Chronici Paschalis auctore [h]), ἱστοριογράφος, ſed συγγραφεὺς a *Strabone* l. l. et a *Plutarcho* [i]). E qua diuersorum scriptorum inter se collatione apparet, non omnino

a) in vita Dionis (nam huius aetate vixit iste Hellanicus) p. 976. D. E. ed. *Wechel.*

b) Fuit in eorum numero, qui Aristotimum, Eleorum per sex menses tyrannum, eiecerunt. v. *Paus.* 5, 5.

c) Alter fuit pater Amyntae cuiusdam, pancratiastae, (*Paus.* 6, 4.) alter, qui etiam Lepreates dicitur, Olymp. 89. victor renunciatus fuit ἐπὶ πυγμῇ παίδων. *Paus.* 6, 7.

d) 13, p. 618. C. ed. *Casaub.*

e) chronograph. p. 238. C. ed. Paris. 1652. fol.

f) cod. 176. p. 204. ed. *Hoeschel.* (T. I. p. 121, 18. ed. *Bekker.* Berol. 1824. 4.)

g) in chronico, ad Olymp. 70.

h) p. 146. C. ed. *du Fresne*, Paris. 1688. fol.

i) in Alcib. p. 201. E.

Digitized by Google

verum esse *Ammonii* praeceptum [k]), ἱστοριογράφον dici eum, qui tradat res ante se gestas, συγγραφέα autem, qui narret res suae aetatis. Hellanicus enim, ut infra videbimus, scripsit vel maxime rerum ante sua tempora gestarum historiam.

§. 2.

Quae deinceps *Suidas* attulit de patre et filio nostri Hellanici, ea certa sint nec ne, equidem definire non possum. Fides sit penes auctorem. Quae vero de eius aetate tradidit Lexicographus, ea parum se probabilitate commendant. Amyntas enim, huius nominis in Macedonum regibus primus [a]), in cuius aula versatos esse dicit Hellanicum et Herodotum, regnauit ab Olymp. 56, 4. usque ad Ol. 69, 1. Euripides vero atque Sophocles, quos aequales facit Hellanici, floruerunt cum Herodoto maxime temporibus Perdiccae II. et Archelai. Nam Euripides natus est Ol. 75, 1. regnante in Macedonia Alexandro. Huic autem ineunte Olymp. 80. successit Perdiccas, qui etsi regnasse dicitur ad Ol. 95, 3. quo anno Euripides mortuus est, dubium tamen non est quin obierit citius [b]), ita ut Euripides iam sub Archelao obiisse dicendus sit, qui regnum tenuit usque ad Ol. 95, 1. Sophocles quo anno natus sit, non satis consentiunt veteres. Alii enim eum natum esse perhibent Ol. 71, 2. alii Ol. 73. annis decem et septem ante Socratem. Sed mortuum eum esse constat Ol. 95, 1. Herodotus denique natus est Ol. 74, 1. Tum quanquam *Suidas* Hecataeum Milesium floruisse dicit belli

k) in v. ἱστοριογράφος, p. 76. vbi vid. *Valckenaer.*

a) Nam Amyntas II. multo minus intelligi potest, quia ex ipsis *Suidae* verbis intelligi potest, eum priorem fuisse Perdicca. Sed Amyntas hic regnare coepit Olymp. 96, 3. qui fuit annus imperii Artaxerxis Mnemonis duodecimus.

b) v. *Wesseling.* ad *Simson.* chron. a. 3599.

Persici tempore, h. e. Darii Hystaspidae aetate, et paulo diutius [*καὶ μικρῷ πρός.* Ita enim haud dubie legendum est, non, ut *Portus* volebat, *πρό.* [bb])], ergo fortasse ad finem imperii Darii, h. e. ad Ol. 73, 4. tamen, si vera essent, quae idem dicit in v. *Ἑκαταῖος*, Hecataenm Ol. 65. floruisse, non intelligi posset, quomodo familiariter eo uti potuisset [c]) Hellanicus, qui

bb) Haec sententia mea probatur *Creuzero* ad Historicorum Graecorum antiquissimorum fragmenta (Heidelb. 1806. 8.) p. 4. Et potest illa magis confirmari verbis *Suidae* not. c. allatis.

c) Ita enim intelligunt in *Suidae* loco verbum *ἐπέβαλε*, neque sane video, cur haec, quam supra posui, notio ei recte tribui nequeat. *Suidas* enim, in v. *ἐπέβαλεν*, explicat hoc verbum non solum verbis *ἤρξατο* et *ἐπεχείρησεν*, quae huc non pertinent, verum etiam his: *ἢ ἀντὶ τοῦ συνῆν.* Quae omnia interpretamenta *Phauorinus* quoque in suum Lexicon transtulit. *Suidas* vero, vt suam interpretationem veram esse ostenderet, addidit hunc locum: *ὃς καὶ Ἑκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐπέβαλεν, γεγονότι κατὰ τὰ Περσικά, καὶ μικρῷ πρός. ἐξέτεινε δὲ μέχρι τῶν Περδίκκου χρόνων.* Atqui hic est ille ipse locus, de quo quaerimus. Vid. initium huius commentationis. Putem igitur, non cogitandum esse de familiari consuetudine, qualis est amicorum, sed de conuersatione (*συνουσίᾳ*) discipuli cum magistro, sic ut saepe *οἱ συνόντες* sunt discipuli. Ita *ἐπιβάλλειν* verti possit *accedere s. applicare se*, vt *παραβάλλειν* apud *Diog. Laert.* 5, 9. et saepius. Possumus vero etiam aliter interpretari verba *ἐπέβαλεν* et *συνῆν*, vt simpliciter significetur, Hellanicum eodem tempore, quo Hecataeum, vixisse. Quemadmodum enim *ἐπιβάλλειν* dicuntur ii, qui adueniunt in aliquem locum, aut eum attingunt, ita etiam, quum verba loci et temporis inter se permutentur, *ἐπιβάλλειν τινὶ* recte, vt opinor, dici potest is, qui alicuius aetatem attingit, qui per aliquod tempus est aequalis alicuius. Sic *Suidas* in *Ἱπποκράτης*, postquam Hippocratis magistrum a nonnullis etiam Democritum perhiberi dixit, haec addit: *ἐπιβαλεῖν γὰρ αὐτὸν νέῳ πρεσβύτην.* Et in *Μάγνης Ἰκαρίου· ἐπιβάλλει δ' Ἐπιχάρμῳ νέος πρεσβύτῃ.* Et in *Φιλόχορος· κατὰ δὲ τοὺς χρόνους γέγονεν ὁ Φιλόχορος Ἐρατοσθένους, ὡς ἐπιβαλεῖν πρεσβύτῃ νέον ὄντα Ἐρατοσθένει*, pro quo *Lenzius* ad *Philochori* fragmenta p. 3. *Ἐρατοσθένη* legendum esse existimat. recte. *Sibelisius* laudauit etiam *Clementis Alexandr.* Strom. 1, p. 327. A. *ὥστε ἐπιβαλεῖν αὐτῷ (Ὁμήρῳ) Λυκοῦργον τὸν νομοθέτην, ἔτι νέον ὄντα.* Et p. 333. C. *Εὔμηλος ὁ Κορίνθιος — φέρεται ἐπιβεβληκέναι Ἀρχίᾳ.* Similiter *Polybius* 2, 56, 2. *ὅσα συνεπι-*

Digitized by Google

tempore mortis Darii duodecim fere annos natus fuit. Sed quum ex *Herodoto* [d]) disci possit, Hecataeum floruisse Olymp. 69. et 70. possumus illud *Suidae* largiri. Nam de illa difficultate, quae ex eo exoritur, quod *Suidas* l. l. Hecataeum illum Milesium facit discipulum Protagorae, qui Democrito magistro usus est, et *Strabo* [e]) adeo Xenocratis, qui Platonem audiuit, hic non dicendi locus est, praesertim quum de ea legi possint *Seuini* recherches sur Hécatée de Milet, in Mém. de l'ac. roy. des I. et B. L. T. VI. p. 472 — 485. Redire potius debemus ad Hellanicum et ex aliis scriptoribus veram eius aetatem eruere. Omnino igitur in antiquiorum scriptorum numero ponitur a *Dionysio Halicarnassensi* [f]), a *Plutarcho* [g]) et una cum Dicaearcho a *Scholiasta Aristophanis* [h]). Cum Pherecyde et Herodoto componitur a *Plutarcho* [i]), cum Democrito, Heraclito et Anaxagora a *Georgio Syncello* et in Chronico Paschali ll. ll. Paulo ante bellum Peloponnesiacum et usque ad Thucydidis aetatem vixisse traditur ab eodem *Dionysio Halicarnassensi* [k]). Quum vero ex his omnibus nihil aliud intelligi possit, nisi eum fuisse scriptorem valde antiquum et circa Herodoti tempora vixisse, gaudeo, me novam occasionem nactum esse

βάλλει τοῖς ὑφ' ἡμῶν γραφομένοις καιροῖς. Omnino de vario verbi *ἐπιβάλλειν* vsu egregie disputarunt *Guil. Budaeus* in Commentariis linguae Graecae p. 607 — 615. ed. Basil. 1556 f. et *Schweighäuserus* ad *Polyb.* 3, 38, 2. Similem sententiam Socrates in *Platonis* Theaeteto T. I. Opp. p. 183. extr. his verbis expressit: *συμπροσέμιξα τῷ ἀνδρὶ (Παρμενίδῃ), πάνυ νέος, πάνυ πρεσβύτῃ.*

d) 5, 36. et 125.

e) 12, p. 550. D.

f) archaeol. 1, p. 38. ed. *Sylb.*

g) de Herodoti malignitate, T. II. opp. p. 869. A. e quo tamen loco nihil apparet, nisi eum fuisse Ephoro antiquiorem.

h) ad aves, v. 1403.

i) in Theseo p. 12. A.

k) iudic. de Thucyd. p. 138, 34.

Digitized by Google

iustis laudibus ornandi et omnibus bonarum litterarum studiosis summopere commendandi opus illud *Gellii*, quod *noctes Atticas* inscripsit: quo si careremus, et alias multas res bonas atque praeclaras nesciremus, nec unquam definire satis accurate possemus nostri Hellanici aetatem. Seruauit enim *Gellius* l) locum *Pamphilae* hunc: *Hellanicus, Herodotus, Thucydides, historiae scriptores, in iisdem temporibus fere laude ingenti floruerunt, et non nimis longe distantibus fuerunt aetatibus. Nam Hellanicus initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque et sexaginta annos natus videtur, Herodotus tres et quinquaginta, Thucydides quadraginta.* Ergo natus est Hellanicus 12 annis ante Herodotum, 25 ante Thucydidem, h. e. e *Vossii* quidem, *Eusebium* in chronico l. l. secuti, ratione m), Olymp. 70, 1. sed secundum *Simsonum* n), quem ego sequendum putaui, Ol. 71, 1. Nimis igitur antiquum eum facit *Chronici Paschalis auctor* l. l. ubi haec leguntur: ξζ ΟΛΥΜΠΙΑΣ. Ἑλλάνικος ἱστοριογράφος, καὶ Δημόκριτος φιλόσοφος, καὶ Ἡράκλειτος ὁ σκοτεινὸς, καὶ Ἀναξαγόρας φυσικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζοντο. Quo minus enim hanc rationem, quanquam ea, quod quidem ad consuetudinem Hellanici cum Hecataeo attinet, magis quam Pamphilana ad *Suidae* rationem accedit, pro vero habeam, impedit *Pamphilae*, feminae Aegyptiae doctissimae, et aetas antiquior et maior auctoritas, quam illius chronici scriptoris. Hic enim saltem non ante seculum septimum post C. N. scripsit, et quam multis ac turpibus mendis opus suum inquinauerit, satis demonstrauit *Reinesius* o), ita ut, nisi narrationes eius vel cum aliorum vetustiorum et probatiorum scriptorum narrationibus conueniant, vel in sese habeant omnes certi et

l) N. A. 15, 23.

m) de historr. Gr. 1, 1. p. 8.

n) in chronico catholico p. 702. ed. *Wesseling*.

o) varr. lect. 2, 17. p. 273 — 286.

Digitized by Google

veri notas, vix ei credi unquam possit. Sed *Pamphila* illa floruit sub imperio Neronis, et saepe tanquam idonea testis laudatur a *Diogene Laertio*, etiam a *Photio*. — Illud iam addere liceat, *Suidae* computandi rationem, siue *Pamphilae* siue chronicographi anonymi placita sequaris, plane falsam videri debere etiam propterea, quia *Lucianus* p) Hellanicum Lesbium vixisse dicit annos octoginta quinque, h. e. usque ad Ol. 92, 2. qui erat annus imperii Darii Nothi tertius decimus. Sed hoc ipsum *Luciani* testimonium infringere sine idonea causa conatus *F. C. Dahlmannus* q), Hellanicum etiam post pugnam nauale, quae ad Arginusas commissa fuit, hoc est, post Ol. 93, 3., non solum vixisse, verum etiam nonaginta annos natum in scribenda Atthide adhuc occupatum fuisse, opinatur, atque hanc suam opinionem niti ait *Scholio* ad *Aristophanis* Ranas, quod infra fragm. LXXXXVI. posui, vbi vide quae annotaui. Nam hanc viri docti opinionem mihi non verisimilem videri, libere profiteor. Quomodo vero a sexagesimo quinto ante belli Peloponnesiaci initium anno vsque ad Perdiccam II, cuius tempora *Suidas* ait viuendo attigisse r) Hellanicum, effluxisse dici possunt anni quinque et octoginta? Nam belli illius initium incidit in annum imperii Perdiccae duodetrigesimum, h. e. Ol. 87, 2. — Denique de loco, quo Hellanicus obierit, soli *Suidae* credere debemus, qui eum mortuum esse dicit Perperenae, quod erat oppidum e regione Lesbi, ad sinum Adramyttenum, in Aeolide vel maiori Mysia situm. Quae quidem narratio quum nihil habeat repugnantiae, credi facile potest.

p) macrobb. T. II. p. 474. ed. *Graev.* siue T. III. p. 224, 92. ed. *Reitz.*

q) in *Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte*, Vol. II. P. I. Altonae 1823. 8. p. 124. sq.

r) Ita enim intelligendum est verbum ἐξέτεινε apud *Suidam*, qui etiam verbo παρέτεινε sic vsus esse reperitur, vt in *Καλλίμαχος*, in *Φαβωρῖνος*, in *Ἐπίκουρος*, etc.

Digitized by Google

§. 5.

Mirum autem est, *Suidam* plane nihil dicere de libris, quos composuerit Hellanicus, quum tamen valde celeber fuerit in antiquitate, eiusque plurima scripta saepissime a veteribus scriptoribus commemorata reperiantur. Quare de his iam videndum erit. Sed ante quam ea singula recenseamus, non sine vtilitate cognosci poterunt variorum scriptorum de illis, et vniversis et singulis quibusdam, iudicia. Quae veterum de Hellanico sententiae, quum duplicis maxime generis sint, quippe quarum aliae ad eum laudandum spectent, aliae ad eum reprehendendum: vix melius me hac in re versari posse existimo, quam ut ipsam rei naturam secutus primo de iis agam, qui eum laudarunt, vel certe non reprehenderunt, deinde enumerem eius reprehensores. E priori genere primus esto *Plutarchus* [a]), qui vbi enumerauit diuersas auctorum de Thesei in Pontum Euxinum nauigatione sententias, quorum alii, vt Philochorus, eum vna cum Hercule illuc aduersus Amazonas expeditionem suscepisse et fortitudinis praemium Antiopam accepisse tradiderint, plures vero, in his Pherecydes, Hellanicus, et Herodotus, eum narrauerint solum, post Herculem, cum classe profectum feminam illam captivam abduxisse, hos dicit *πιθανώτερα λέγοντας*. — Alter huius generis locus est *Photii* [b]). Primo enim perstringit Theopompi fastum et arrogantiam, quippe qui omnes, qui ante ipsius aetatem ob eloquentiam inclaruissent, multo se inferiores et ne secundo quidem loco habendos esse gloriatus sit, quoniam ars dicendi suo tempore magna ceperit incrementa. Deinde hoc addit iudicium, vix putari posse Theopompum eo audaciae progressum esse, vt per *τοὺς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις* intelligi vellet Herodotum atque Thucydidem, qui multis in rebus iactatorem illum

a) in Theseo p. 12. A. infr. fragm. LXXXXII.
b) cod. 176. p. 204. (p. 12, 18.)

Digitized by Google

superarent. Fortasse eum respexisse ad Hellanicum et Philistum, historicos, vel ad Gorgiam et Lysiam, oratores. Sed ne horum quidem eloquentiam adeo contemnendam esse. Nimirum videtur Hellanicum et Philistum composuisse *Photius*, non quasi vnius fuerint aetatis, (Philistus enim Hellanico multo iunior fuit) sed quia neuter floruit admodum magna eloquentiae laude. Nam de Hellanico quidem id mox patebit clarius, et Philistum constat sedulum Thucydidei styli imitatorem fuisse, neque adeo dignum vllo modo videri posse illa laude, quae tributa fuit ei, qui proposuit exemplum, quod ipse conaretur imitando exprimere. — Tertius Hellanici laudator est *Agathemerus* [c]), a quo vocatur *ἀνὴρ πολυΐστωρ*, qui *ἁπλάστως*, h. e. *Gronouio* interprete, sine colore et tabula, vt olim receptum erat, historiam tradiderit. — Ad laudes eius referri etiam potest, quod, *Clemente Alexandrino* auctore [d]), Dieuchidas Megaricus initium suae historiae transtulit ex Hellanici Deucalionia, item quod Cephalion vel potius Cephalaeon [dd]) apud *Ge. Syncellum* [e]) se ab iis rebus incipere profitetur suam historiam, quas iam alii tradiderint, inprimisque (*τὰ πρῶτα*) Hellanicus Lesbius, h. e. a Nini temporibus. Quibus addi potest locus *Rufi Festi Auieni* [f]): — „multa rerum iunximus, ex plurimorum sumpta commentariis. Hecataeus istic quippe

c) in geographia, 1, p. 2. ed. *Hudson.* in scriptorib. geographiae minorib. T. II. de quo loco infra dixi §. 10. not. *a.*

d) stromm. 6, p. 629. A.

dd) *Κεφαλαίων* enim, non *Κεφαλίων*, hoc nomen scribendum esse apparet ex *Eusebii* Chronico p. 32. ed. *Scaliger.* Nam *Ge. Syncelli* verba ex illo *Eusebii* loco petita sunt. Conf. *Meursii* Biblioth. Graec. in eius Opp. Vol. III. p. 1192.

e) chronograph. p. 167. A. De Cephalaeone v. *Phot.* cod. 68. p. 50. (p. 34. T I.) qui eum dicit *σύντομον ἱστορικὸν* scripsisse, quod fuisse compendium seu epitomen historiarum *Herodoti*, *Hellanici*, et aliorum, quorum nomina singulis libris praefixerit, intelligitur ex *Eusebii* Chron. 1, p. 32, 32.

f) in descriptione orae maritimae v. 40. sqq. ap. *Hudson* l. l. T. IV.

Digitized by Google

erit Milesius, Hellanicusque Lesbius." — Ad laudem Hellanici pertinet etiam, quod Anonymus quidam [g]) eum posuit in praecipuorum historicorum numero, haec scribens: *Ἱστορικοὶ ἰ. Θουκυδίδης, Ἡρόδοτος, Ξενοφῶν, Φίλιππος, Θεόπομπος, Ἔφορος, Ἀναξιμένης, Καλλισθένης, Ἑλλάνικος, Πολύβιος.* vbi pro *Φίλιππος* scribendum arbitror *Φίλιστος.*

§. 4.

Has vero laudes facile aequant vel potius superant frequentes illae, quas ab omnis generis scriptoribus in eum effusas legimus, reprehensiones. In harum tamen numero ego quidem nullo modo posuerim v. c. id, quod *Cicero* [a]) iudicat, eum sine vllis ornamentis monumenta solum temporum, hominum, locorum, gestarumque rerum reliquisse. Quo eodem referri potest *Tzetzae* locus [b]), vbi narrasse quidem dicitur Hellanicus Amazonum per congelatum Bosporum Cimmerium in Atticam transitum, indeque post bellum per quatuor menses gestum reditum, sed nullam eius rei causam addidisse. Vnde fortasse factum est, ut *Plutarchus* [c]) omnino de illius narrationis probabilitate dubitaret. Haec et talia, inquam, non numerauerim in Hellanici peccatis. Tribuenda enim sunt tempori. Certe *Cicero* ipse eodem loco docet, initio fuisse historiam nihil aliud, nisi annalium confectionem, et hanc similitudinem scribendi multos secutos esse, qui neque tenuerint, quibus rebus ornaretur oratio, et, dum intelligeretur, quid diceretur, vnam dicendi laudem putaverint esse breuitatem. In illa ipsa tamen narrationis Hellanici

g) in libello de artium et disciplinarum inuentoribus, quem *Montefalconius* in Bibliotheca Coisliniana primus edidit p. 597. vnde eum repetiit *Fabricius* Biblioth. Graec. Vol. IX. edit. 1. p. 600.

a) de Or. 2, 12.

b) ad *Lycophr.* 1332.

c) in Theseo p. 12. E.

Digitized by Google

simplicitate, non obscura praeclari ingenii et natiuae eloquentiae vestigia apparuisse, colligi potest e loco Photii supra allato de Theopompo. — Ex hac eadem puerili, ut ita dicam, antiquae historiae facie*) defendi posse videtur, quod Hellanicus historiis suis multa mythologica aliasque narrationes fictas immiscuit. Quare etiam μυθολογεῖν dicitur a *Stephano Byzantino* d). Hanc enim omnium antiquorum historicorum consuetudinem fuisse, intelligitur e *Diodoro Siculo* e), qui, vbi agit de causis incrementi Nili, οἱ περὶ τὸν Ἑλλάνικον, inquit, καὶ Κάδμον, ἔτι δ' Ἑκαταῖον, καὶ πάντες οἱ τοιοῦτοι, παλαιοὶ παντάπασιν ὄντες, εἰς τὰς μυθώδεις ἀποφάσεις ἀπέκλιναν. — Quin nec illud temere vituperauerim, quod ipse a se dissensit in diuersis, quae composuit, operibus, cuius generis exemplum luculentum extat apud *Athenaeum* f), vbi puerum illum, qui Herculi aquam ministrabat et a domino interfectus est, in historiis Archiam vocasse legitur, sed in Phoronidis libro secundo Cheriam. Nam etiam optimi scriptores interdum humani quid passi reperiuntur, et Hellanicus fortasse alterutram appellationem falsam esse intelligens, in opere serius scripto correxit: qua de re nos quidem hodie iudicare non possumus. Taceo multas alias excusandi rationes. — Multum denique in his tribuerim iuniorum historicorum arrogantiae atque fastui, qui quo sua gloria magis exsplendesceret, obscurare famam antiquiorum videntur summopere studuisse, De Theopompi hoc in genere malignitate paulo ante quaedam attulimus ff). Nouum eiusdem exemplum cognoscimus

*) de qua v. infr. §. 11.

d) in v. *Χαιρώνεια*.

e) 1, 37. quem locum in suas historias transtulit *Theophylactus Simocatta* 7, 17. p. 186. ed. *Fabrot.* ita tamen, vt omitteret verba καὶ πάντες — ὄντες, et κατέφυγον poneret pro ἀπέκλιναν.

f) 9, p. 410. F.

ff) *Cornel. Nepos* Alcib. 11, 1. Theopompum vocat maledicentissimum. *Cicero* ad Att. 2, 6. Theopompinum genus innuit aspe-

Digitized by Google

e *Strabone* [g]), qui eum dixisse auctor est, se in fabulis quoque historiae immiscendis atque tradendis non solum Hellanico et Ctesia superiorem fore, sed ipso etiam Herodoto. Idem iudicandum videtur de Ephori criminationibus, qui Hellanicum et eo nomine reprehendisse legitur, quod in narratione de constituta Lacedaemoniorum republica plane non meminerit Lycurgi, omnia eius facta tribuens iis, qui laudem eorum iure sibi vindicare non possent, maxime Procli et Eurystheni [h]), et omnino ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον traditur ostendisse [i]): quum tamen constet, Ephorum ipsum in multis rebus neglexisse veritatem [k]) Eodem modo *Ctesias* [l]) Hellanicum et Herodotum mendacii arguit, quod Cambysem narrauerint cadauer patris non humasse, sed contra legem cremari iussisse. Quin nec Thucydidem hac in vetustos historicos iniuria absolui posse, *Aristides* [m]) ostendit, dum eum descripsisse potissimum ait bellum Peloponnesiacum, antiquioribus bellis posthabitis et vix memoria dignis iudicatis. Hoc enim nihil aliud esse, quam eum declarare Herodoto, Hellanicis et Hecataeis, et omnibus istius aetatis scriptoribus, se iis longe praestare iudicii vi, quippe qui et praestantissima scribenda sibi elegerit, et optime ea scripserit. Videtur *Aristides* in mente habuisse locum

rum fuisse. De maledicentia Theopompi testantur etiam *Iosephus* contr. Apionem lib. I. p. 1051. C. edit. Colon. 1591. fol. *Lucianus* de conscrib. hist. c. 59. T. II. p. 67, 90. ad quem locum vid. *Du Soul.* maximeque *Polybius* lib. 8. cap. 12. et 13. edit. *Schweighäuser.* Conf. *Reisk.* ad initium Archaeologiae *Dionysii Halicarnassensis.*

g) 1, p. 43. C.

h) v. *Strab.* 8, p. 366. A.

i) v. *Joseph.* c. Apion. 1, p. 1054. G. et ex eo *Euseb.* praep. euang. 10, 7. p. 478. C.

k) v. *Diod. Sic.* 1. 59. extr.

l) apud *Photium* Cod. 72. p. 64, 18. (T. I. p. 43, 19.) Locus *Herodoti* est 3, 16.

m) T. II. p. 381. eg. *Icbb.*

Digitized by Google

Thucydidis illum n) vbi se scripsisse dicit res inter bellum Medicum et Peloponnesiacum gestas propterea, quoniam omnibus ante se historicis hic locus praetermissus fuerit. Omnes enim vel res a Graecis ante Medica gestas, vel ipsa Medica narrasse o). Haec quidem, nempe res inter bellum Medicum et Peloponnesiacum gestas, tetigisse etiam Hellanicum, sed et breuiter, et temporum ratione minus diligenter obseruata atque notata. E quibus Thucydidis verbis num recte collegerit Aristides malignum eius animum atque fastum, an vero potius colligi ex iis possit, quam bene existimauerit de Hellanico Thucydides, qui illius historiam dignam putauerit, quam ipse suppleret atque continuaret: lectores ipsi diiudicent. Sed his et aliis, quae afferri ad excusandum Hellanicum possunt, omnibus vltro datis, negari tamen nullo modo potest, exprobrari Hellanico ab aliis talia, qualia ne vere sibi possint exprobrari, quiuis historicus cauere omnibus modis debet.

§. 5.

Nam primo quidem accusatur, quod multa, vel certe nonnulla, ex aliorum operibus ita sumserit, vt ea in suis libris tanquam sua posuerit, neque tantum eorum, qui ante ipsius tempora vixerunt, compilasse legitur scrinia, vt *Melesagorae* Chalcedonii a), sed etiam, quae est maior eius impudentia, ex aequalium scriptis profecit: quam in rem attulisse sufficiet *Porphyrii* locum hunc b): *τὰ Βαρβαρικὰ Νόμιμα Ἑλλανίκου ἐκ τῶν*

n) I, 97. qui locus laudatur paululum mutatus a *Dionys. Halic.* de charact. Thucyd. p. 141, 45.

o) *Schol. Thuc.* explicat: *τὰ Τρωϊκὰ, καὶ Ἀμαζονικὰ, καὶ Θρᾳκικά.*

a) *Clem. Alex.* stromm. 6, p. 629 A. *τὰ Μελησαγόρου*, inquit, *ἔκλεψεν — Ἑλλάνικος.* Vocatur ab aliis *Amelesagoras*, et vixit ante Hellanicum Lesbium. v. *Dionys. Halic.* l. l. p. 185. et quos laudat *Heynius* ad *Apollodor.* p. 987. sq.

b) ap. *Euseb.* l. l. 9, 39. p. 466. B.

Digitized by Google

Ἡροδότου καὶ Δαμάσου συνῆπται. Et sane non temere aut cupide Porphyrium haec verba scripsisse, docere potest locus ex isto Hellanici opere desumtus, qui legitur apud *Suidam* et *Etymol. M.* c). Egregie enim convenit cum loco *Herodoteo* 4, 95. Quin aliis quoque suis operibus eum quaedam ex Herodotea historia intulisse plus semel obseruaui. Comparet quis v. c. locum Hellanici ap. *Athenae.* 11, p. 462. B. ex illo opere excerptum, quod *Ἐθνῶν ὀνομασίας* inscripserat, cum *Herodoti* loco 4, 190 *). Quatenus vero de *Damaso* verum sit, quod scripsit *Porphyrius*, quum opera eius perierint, definiri non potest. Immo quum ne nomen quidem *Damasi* in historicorum veterum nominibus compareat, recte viri docti locum illum Porphyrii vitiose scriptum esse iudicarunt. Et *Fabricius* quidem d), in cuius Bibliotheca Graeca non nisi nomen Damasi, in *Vossii* de Historicis Graecis opere ne illud quidem, reperias, legendum coniiciebat *Δαμασίππου* pro *Δαμάσου*. Quae tamen emendatio quum et aliis difficultatibus laboret, et longius, quam vt vera videri possit, a scriptura vulgata recedat, vnice veram puto *Valckenarii* e) correctionem *Δαμάστου*. Quanquam enim vir ille doctissimus et plane ad has litteras iuuandas natus nullam suae coniecturae rationem addidit: valde tamen ea se cuique probabit, qui didicerit, *Damasten* Sigeensem fuisse Hellanici aequalem ac discipulum, et, praeter alia multa, de quibus non constat, scripsisse *Ἐθνῶν κατάλογον καὶ πόλεων*, et *περὶ τῶν ἐν Ἑλλάδι γενομέ-*

c) infra fragm. XXV.

*) v. infr. fragm. XXXXI.

d) Biblioth. Gr. Vol. VI. p. 45. (Vol. VII. p. 353. edit. *Harles.*) Nempe videtur intellexisse Damasippum illum, qui fuit pater Democriti. v. *Diog. Laert.* 9, 34. et *Suid.* in v. *Δημόκριτος*.

e) ad *Herodot.* 4, 190. Sed postea vidi, dudum hanc coniecturam proposuisse *Meursium* Biblioth. Gr. lib. 8. T. III. Opp. p. 1250. B. et ap. *Gronov.* T. X. p. 1339. C.

Digitized by Google

νών [f]). Accedit quod saepius Hellanicus legitur cum Damaste consentire, vt fragm. CXXIIII. et CXXXXIIII, et quod in aliorum quoque scriptorum libris saepe huius historici nomen corruptum est. Sic apud *Plinium* [g]), vbi itidem consentire cum Hellanico dicitur, in nonnullis libris est *Damiades*, et in indice auctorum, quibus *Plinius* se vsum esse profitetur in conscribendo suo libro quarto, *Damascenus*. Sed omnino librariis non placuit discrimen nominum Δαμάστου et Δαμάσου. Nam apud *Suidam* [h]) contra legitur Democritus Abderita versatus esse cum fratribus, Ἡροδότῳ καὶ Δαμάστῃ, quum e *Plinio* [i]) constet, Damasum fuisse tertium fratrem. Quanquam igitur per temporum quidem rationem [k]) seruari possit apud *Porphyrium* lectio Δαμάσου, tamen, quam diu non demonstratum a quoquam fuerit, Damasum istum historica scripsisse, e quibus Hellanicus proficere potuerit, tam diu praeferendam putabo emendationem Δαμάστου. Quum vero sic Hellanicus a scriptore non solum paulo iunioris aetatis, sed suo adeo quondam discipulo, quaedam quasi suffuratus esse dicatur: movit fortasse — nam nullam causam attulit — rei nouitas *Valckenarium*, vt l. l. Hellanicum appellaret *Milesium*. Quomodo enim factum sit, vt etiam *Vossius* in opere saepius laudato, postquam 1, 2. p. 11. illum ipsum *Dionysii*, quem indicaui, locum, in quo Damastes Sigeensis diserte dicitur *Lesbii* Hellanici discipulus fuisse, laudauerat, eundem Damasten 4, 5. p. 451. faceret *Milesii* Hellanici aequalem, equidem nisi per memoriae errorem explicare non possum. Sed nec illa ratio, quae inest in

f) v. *Dionys. Halic.* I. l. p. 138, 84. *Suid.* in v. Δαμάστης. *Steph. Byz.* in v. Τπερβόρεοι.

g) H. N. 7, 48. s. 49.

h) in v. Δημόκριτος.

i) H. N. 18, 35. s. 78.

k) Nam quo anno natus vel mortuus fuerit Democritus, nondum satis constat. Sed *Suida* auctore floruit Olymp. 77. vel 80.

Digitized by Google

singularitate rei, si mouit Valckenarium, mouere debebat. Nam Herodotus quoque, quanquam non discipulus Hellanici, tamen aequalis et iunior erat, neque tamen Herodotus sua debere videtur Hellanico, immo hic potius illi, quem, quae 4, 95. de Zalmoxi narrat [l]), vt αὐτόπτην narrare apparet, h. e. vt qui ipse in peregrinationibus suis audiuerit, non hauserit ex libris aliorum [m]). Sed de hac Hellanicorum confusione plura dicendi locus erit paulo inferius.

§. 6.

Iam pergamus in recensendis criminibus, quorum Hellanicus a scriptoribus nonnullis accusatur. Et ea quidem, quae ad Geographum spectant, commemorantur a *Strabone* et *Stephano Byzantino*. Quorum ille v. c. *Νάπη*, inquit [a]), *ἐν τῷ Μεθύμνης πεδίῳ, ἣν Ἑλλάνικος ἀγνοῶν Λάπην ὀνομάζει*. At hic bonus Strabo saltem non bonum criticum se praestitit, qui non quaereret, annon vitium illud esset codicis, quo ipse vteretur, potius quam ipsius auctoris, nisi fortasse quis ita defendere Strabonem velit, vt codices Stephani, in cuius opere oppidum illud diserte *Νάπη* ab Hellanico dictum fuisse legitur, correctos fuisse dicat e loco Strabonis. Quod tamen mihi quidem verisimile non videtur, et ob litterarum seriem, qua Stephani opus nunc quidem conscriptum extat, et vero maxime ideo, quia *Νάπη* fuit Lesbi oppidum, quod quo nomine recte appellaretur, nullo modo videtur ignorare potuisse Hellanicus

l) Vid. infra Fragm. XXV.

m) Plura argumenta, neque ea improbabilia, quae Herodotum nihil Hellanico debere demonstrent, habes apud *Dahlmannum* l. l. pag. 127. 599. Poterat etiam alia addere. v. c. quod *Herodotus* 6, 55. sqq. videtur sibi primus de constitutione rei publicae Lacedaemoniorum exponere, quanquam §. 4. ex *Strabone* cognouimus, iam Hellanicum de ea egisse.

a) 9, p. 426. C.

Digitized by Google

nicus Lesbius, qui eius meminisse traditur in secundo *Λεσβιακῶν* libro. Sed in aliis non dubitandum puto, quin dignus fuerit Hellanicus reprehensione Strabonis, vt in illo loco, vbi loquitur de Oleno et Pylena, oppidis Aetolicis, quae ab *Homero* commemorantur, quorum illud dirutum fuerit post Homeri aetatem, hoc in loco editiori positum. *Ἑλλάνικος*, inquit [b]), *οὐδὲ τὴν περὶ ταύτας ἱστορίαν οἶδε, ἀλλ' ὡς ἔτι καὶ αὐτῶν οὐσῶν ἐν τῇ ἀρχαίᾳ καταστάσει μέμνηται.* Statim addit alia Hellanici peccata: *τὰς δ' ὕστερον καὶ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου κτισθείσας, Μακύνιον καὶ Μολυκρίαν, ἐν ταῖς ἀρχαίαις καταλέγει, πλείστην εὐχέρειαν ἐπιδεικνύμενος ἐν πάσῃ σχεδόν τι τῇ γραφῇ.* Mox nouum eius errorem in eo detexit [c]), quod Dulichium dixerit eandem esse ac Cephalleniam. Dulichios enim et reliquarum Echinadum incolas paruisse Megeti, sed Cephallenas Vlyssi. Tum nugas esse dicit [d]), quae Hellanicus et Herodotus tradiderint de Alizonibus, gente Scythica vltra Borysthenem fluuium et Callipidas, et de aliis nominibus. Dubito vero, an huc referendus sit ille locus [e]), vbi Hellanicus vrbem Assum, Cleanthis Stoici patriam, Aeolicam fecisse memoratur. Facta enim huius sententiae mentione, nihil aliud addit Strabo, nisi inde apparere, etiam Gargara, quae Assiorum colonia erat, et Lamponiam, Aeolicas esse. — *Stephanus Byzantinus* duobus in locis reprehendit Hellanicum: primo in v. *Ἅλμων*, quod Boeotiae oppidum male ab eo dici *Σάλμον* ostendit. Neque tamen Stephano plane displicuisse vel omnibus rationibus destituta visa videtur illa Hellanici sententia. Nam ipse in v. *Σάλμος* rem tradit e mente Hellanici, nulla nota adiecta. v. infr. fragm. XXXVIII. Alterius

b) 10, p. 451. C.

c) 10, p. 456. B. cf. *Homer.* Il. β, 625. sqq.

d) 12. p. 550. B. cf. *Herodot.* 4, 52. Sed ipse *Strabo* 12, p. 549. D. putat, *Homerum* (Il. β, 856.) *Ἀλιζώνους* vocasse Chaldaeos s. Chalybas.

e) 13, p. 610. D. v. *Macrob.* Saturnn. 5, 20.

Digitized by Google

reprehensionis sedes est in v. *Γάργαρα*, quod oppidum Troadis ab Hellanico vocari ait *Γάργασον*, sibi tamen id sphalma esse videri. — Grauissimum denique et plane non ferendum in historico crimen est partium studium, de quo accusant Hellanicum *Strabo* [f]) et *Eustathius* [g]). Troiani enim quum non sine fastu negassent, vrbem suam a Graecis euersam fuisse, Hellanicus iis gratificaturus consensit, *τὴν αὐτὴν εἶναι πόλιν τὴν νῦν τῇ τότε*. Ne vero quis hoc putet vnicum Hellanici cupiditatis exemplum esse, vetant verba *Strabonis*: *οἷος ἐκείνου μῦθος*. Siue enim illa explices ita: *quae est eius fabulandi consuetudo*, siue cum *Xylandro* emendes *θυμὸς* [h]), apparet Strabonem iis reprehendere voluisse partium studium in Hellanico conspicuum. Omnino vero in tractandis rebus antiquissimis, in quibus maxima cautione opus esse intelligitur, vt in historia heroum, ita negligentem eum se praebuisse *Strabo* auctor est [i]), vt facilius hoc in genere credi posset Hesiodo et Homero tragicisque poetis.

§. 7.

Iam quanquam et horum vitiorum pleraque vere in Hellanico deprehensa fuisse, et grauiter ea reprehendi debere, nullo modo negauerim: tamen multis illis et magnis, quarum supra nonnullas commemoraui, virtutibus effectum videtur, vt magnam in antiquitate famam et gloriam sibi pararet: ad quam augendam, praeter librorum, quos edidit, multitudinem, nec illud nihil contulisse arbitror, quod illo tempore, quo inprimis efflorescere coepisset historiae studium, non

f) 13, p. 602. A.

g) ad Il. δ, p. 460. ed. Rom. cf. infr. post fragm. CXXXXIII.

h) Nam duo haec vocabula facile inter se permutari, quum per so pateat, tum diserte docet *Scholiastes Apollon. Rhod.* 2, 1225. *θυμῷ γραπτέον. γράφεται δὲ καὶ μύθῳ.*

i) 11, p. 507. sq.

Digitized by Google

paruae vtilitatis fuerint necesse est libri eorum, qui non quidem summa cum diligentia res factas omnes ad probabilitatis vel veritatis normam exigerent, sed monumenta tamen historiae, quotquot ipsis vel ex antiquiorum scriptorum libris, vel e traditione, aliisue modis, innotuissent, omnia studiose collecta litteris consignarent. Ex his enim monumentis cognosci saltem poterant potiora historiae momenta, et ex iusta eorum copia facile poterant, comparatione diligenti cum aliis instituta, posterioris aetatis scriptores iudicare, quae genuina essent et fide digna, et quaenam fuissent rerum in illis narratarum causae et momenta. Quae mea opinio ne vana quibusdam ac temeraria videatur, adscripsi verba *Dionysii Halicarnassensis* [a]): *Ἡρόδοτος — τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων γενομένων, Ἑλλανίκου τε καὶ Χάρωνος* [b]), *τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν προεκδεδωκότων, οὐκ ἀπετράπετο, ἀλλ' ἐπίστευσεν αὐτῶν κρεῖσσόν τι ἐξοίσειν· ὅπερ καὶ πεποίηκε.* Ergo collectio illa monumentorum historicorum, ab antiquioribus historicis, in his ab Hellanico, facta, multum contulit ad perficiendam et expoliendam Herodoti historiam, cuius vel solius praestantia sitim antiquissimae historiae videtur ita posse restinguere, vt aequo paene animo carere possimus antiquiorum historicorum operibus: quae tamen vt ipsa quoque supersint, vel propterea valde optandum esse video, quia verisimile non est, Herodotum omnino et semper verum vidisse, vel potuisse videre. Praeterea iucundissimum foret intellectu, iam antiquissimos scriptores multis in rebus inter se dissensisse, neque adeo alterum in alterius verba iurasse, sed quae quisque putasset esse verissima, tradidisse, vel certe, quae quisque narrata accepisset, ea reddidisse sine vlla mutatione. Sic ex illo *Iosephi* loco, quem supra §. 4. laudaui, discimus, Hellanicum vehementer discrepasse ab Acusilao, antiquiore etiam scriptore, de genealogiis, difficillimo sane et obscurissimo capite, de quo vel ideo dolendum

a) epist. ad Cn. Pompei. p. 129.
b) Ita enim haud dubie cum *Stephano* legi debet pro *Χαίρωνος*.

Digitized by Google

est Hellanici placita interiisse, quia e *Clemente Alexandrino* c) constat, Acusilaum exscripsisse Hesiodum, atque adeo Hellanicus ab hoc simul poeta diuersa sensisse intelligitur. Qui Hellanici et Hesiodi dissensus ne opus quidem est vt ex iis tantum, quae paulo ante dixi, colligatur, quum hodie quoque extent plurima eius vestigia, quorum hic duo modo indicabo, reliqua infra passim notaturus. Hesiodus enim Cyclopas putasse videtur inde nomen accepisse, quod fronti eorum vnus inesset oculus rotundus d). Hellanicus vero, nec improbabiliter, dixit eos *ὀνομάζεσθαι ἀπὸ Κύκλωπος, υἱοῦ Οὐρανοῦ* e). Sic nec de Eurytione Hellanicum puto falsa tradidisse, quanquam valde diuersa ab Hesiodea narratione. Hic enim f) Eurytionem ait interfectum fuisse ab Hercule in insula Erythia. Ille insulam illam plane non agnouisse videtur, immo Erythiam atque Martem fuisse docet Eurytionis parentes g). Scilicet vtraque sententia conciliari potest ita, vt insula nomen debere dicatur feminae. Sed de insula tamen ipsa nasci quaedam dubitatio potest. Si enim Erythia insula fuit, intelligi non posse puto, quomodo factum sit, vt nec Pherecydi ea nota esset h), nec hodie quisquam audierit de insula quadam Gadibus proxima. Iam etsi hoc quidem nullo modo demonstret, nullam vnquam illo in loco, vbi fuisse dicitur, insulam extitisse, quum demersione vel aliis modis euanescere

c) stromm. 6, p. 629. A.

d) theog. 144. sq.

e) v. *Schol.* ad *Hesiod.* p. 247. a. qui tamen addit, Hellanicum, dum ea traderet, non dixisse de Cyclopibus, quorum in *Homero* mentio fit. Cum Hellanico consentit *Schol. Eurip.* Orest. 963.

f) theog. 290. sqq. 982. sq.

g) v *Schol. Hesiod.* p. 257. a.

h) Saltem in libro de mirabilib. auscultationibus, qui *Aristoteli* tribuitur, cap. 145. leguntur haec: *οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς κατὰ Λιβύην καὶ Ἰβηρίαν τόποις οὐδαμοῦ τὸ ὄνομα λέγεσθαί φασι τῆς Ἐρυθείας. Herodotus* quidem 4, 8. insulam prope Gadira s. Gades sitam dicit a Graecis vocari Erythiam. *Strabo* autem (3, p. 169. C.) dicit, *Pherecydem* videri hanc insulam ipsam appellasse Gadira. v. omnino *Salmas.* ad *Solin.* p. 283. sqq. et quae ad *Pherecydem* p. 65. et 104. edit. 2. dixi.

Digitized by Google

vel certe ignota manere potuerit posteriorum aetatum hominibus [i]): illa tamen valde suspecta et fabulae similiora quam historiae sunt, quae Strabo l. l. narrat de tanta illius insulae fertilitate solique pinguedine, vt oues, nisi quinquagesimo quoque die sanguis iis mitteretur, adipe et crassitie suffocarentur. Quum igitur omnia hic fabularum inuolucris tecta iaceant, quumque Panyasis et Pherecydes narrasse dicantur apud *Macrobium* [k]), Herculem poculo vectum ad Erythiam insulam nauigasse: quae ipse Macrobius dicit propiora fabulae esse, quam historiae: veram historiam latere puto in narratione Hellanici, e qua variis modis oriri potuit illa fabula. Fortasse antiquissimus aliquis scriptor feminam illam Erythiam, ad designandas eius diuitias, quippe quae gregem boum bene saginatorum (*εὐρυμετώπους* vocat *Hesiodus*) possideret, vocauerat *περιῤῥύτον*, nempe *πλούτῳ*, vt *Cicero* v. c. [l]) Pompeium dicit *circumfluentem gloria* pro abundantem. Iam vero *περιῤῥύτος* alias est insularum epitheton. Inde igitur fingi potuit insula. Accedere potuerunt mythi antiqui, qui docerent, Erythiam, cuius pater fuit Geryon *), deorum beneficio, ne superesset tristi suorum sorti, mutatam fuisse in insulam †). Quum vero semel insula adesset, non difficile fuit eam varie exornare, quo digna existeret, ad quam appelleret Hercules, et in qua ederet illud fortitudinis

i) Saltem *Strabo* p. 148. B. innuere videtur, alios, qui sagaciores essent, eam vidisse inter Gades et continentem. cf. not. h. et *de la Nauze* instification de *Pline* (H. N. 4, 22.) sur l'étymologie de l'île d' Erythia, in Mémoires de litterature T. XXXIIII. p. 175. sqq.

k) Saturnn. 5, 21. e cuius tamen verbis, quod ingenue fateor, nulla omnino ratione colligi potest, Pherecydem ignorasse vel non agnouisse istam insulam.

l) ad Att. 2, 21.

*) v. *Steph. Byz.* in v. *Ἐρύθεια*.

†) Certe quinque Naïdes in totidem insulas mutatae feruntur apud *Ouid.* metamm. 8, 577. sqq. Simile quid habes infra, Fragm. CXV. b.

Digitized by Google

suae, vel si mauis saeuitiae, specimen. Sed vt missis his coniecturis ad Hellanicum redeamus, putauerim etiam ea de causa optandum esse, vt eius libri superessent, quia tum melius aestimari posset et ipsius Herodoti ac multo magis Thucydidis praestantia, et hominum doctorum aetatis paulo serioris in diiudicandis antiquiorum scriptorum libris facultas atque sensus. Quae res quam iucunda et ad formandum accuratum de his omnibus iudicium vtilis futura fuerit, facile intelligitur. Herodoti vero ac Thucydidis libros iam antiquis temporibus mirum quantum praeferendos visos fuisse libris Hellanici, tum ab *Hermogene Rhetore* docemur [m]), qui, vbi de Theopompo, Ephoro, Hellanico et Philisto dixerat, *ζήλου καὶ μιμήσεως*, inquit, *τὰ εἴδη τῶν λόγων αὐτῶν οὐ πάνυ τοι, μᾶλλον δὲ οὐδ' ὅλως, — ἠξίωται παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καθάπερ τὰ τῶν ἄλλων· οἷον Θουκυδίδου, Ἡροδότου, Ἑκαταίου, Ξενοφῶντος, τῶν λοιπῶν*, tum etiam colligi recte potest ex eo, quod hi non peruenerunt ad nostram aetatem: quod sane puto futurum fuisse, si plures lectores atque descriptores nacti essent. Iam vero valde verisimile est, eos iam interiisse *Photii* aetate, h. e. seculo IX, qui si legisset, haud dubie fuisset eos excerpturus. *Eustathium* autem, qui seculo XII. floruit, non ipsum eos ante oculos habuisse, paene pro certo affirmauerim. Saepe enim dum Hellanicum laudat, vtitur verbo *φασὶ*, quo indicat, se non ipsum eius opera inspexisse, sed ex aliorum, qui iis vsi essent, scriptis eius sententiam cognouisse [n]). Vnum tamen fortasse nos moueat. *Tzetzes* enim [o]), postquam breuiter narrauit, qua ratione inuentus sit ignis, haec addit: *καθὼς Ἑλλάνικος ἐν τῷ περὶ Χίου κτίσεως ἱστορεῖ, ἵνα μὴ κατὰ πλα-*

m) *περὶ ἰδεῶν* 2, p. 396. ed. *Ioh. Sturm.* 1571. 8. [p. 514. ed. Colon. Allobr. 1614. 8.]

n) vt ad Il. δ, p. 460. τ, p. 1178, 24. ad Odyss. γ, p. 1454, 30. Sed ad Il. ο, p. 1035, 64. Ἑλλάνικος, inquit, *κατὰ τὴν παλαιὰν ἱστορίαν*. Quae sunt ambigua. cf. infra §. 10.

o) ad Lycophr. 227.

Digitized by Google

τος τὴν ἱστορίαν ἐπεξεργασώμεθα. quibus verbis apparere quis putet, hunc certe Hellanici libellum in Tzetzae manibus adhuc et ab eo lectum fuisse. At quo minus ita iudicemus, nota nos impedit Grammatici vaniloquentia.

§. 8.

Hic ipse vero maturus scriptorum Hellanici interitus non vltima causa esse intelligitur, cur tam difficile videatur, Hellanicum vtrumque eorumque scripta recte dignoscere. Fortasse enim ex ipsa cuiusque dialecto posset perspici, vtrius libri quique essent, quum *Lesbium* Hellanicum probabile sit Aeolica s. Dorica dialecto vsum esse, *Milesium* Ionica. Potuerit Lesbius Hellanicus etiam Lesbica dialecto vti, vel adeo Mitylenaea. Nam vtraque commemoratur a veteribus *). Et illa quidem dicitur obscura fuisse [a]): vnde quis putet intelligi posse, cur tanta obscuritate laboret v. c. locus Hellanici ille, quem seruauit *Scholiastes Euripidis* [b]). Cuius tamen obscuritatis aliam esse causam, infra patebit. Ex Mitylenaea dialecto desumtum traditur vocabulum ἀντίπηξ, quo *cistam* significat [c]), et quo aliquoties vtitur

*) *Tzetzes* ad Lycophr. 212. Ἐνόρχης, ὁ Διόννσος παρὰ Λεσβίοις. *Hesychius*: Ἴσσασθαι· κληροῦσθαι. Λέσβιοι. Et ipsa Lesbos olim dicta est Ἴσσα, auctore eodem *Hesychio*, et *Strabone* 1, p. 60. Vid. *Alberti* ad *Hesychii* locum vtrumque. — *Plato* in Protagora T. I. Opp. p. 346. D. de Simonide dicit: τῇ φωνῇ ἐνταῦθα κέχρηται τῇ τῶν Μιτυληναίων, ὡς πρὸς Πιττακὸν λέγων τό, Πάντας δὲ ἐπαινοῖμι καὶ φιλέω ἑκών. *Schol. Sophocl.* ad Aiac. 621. formam ἀηδώ ἀηδονῦς (de qualibus vid. *Valckenar.* ad *Eurip.* Phoenn. p. 168.) dicit esse Mitylenaeorum.

a) v. *Dionysii Halic.* τέχνη, p. 69, 10. vbi agit de Alcaeo.

b) ad Orest. 1648. v. infr. fragm. LXXXXVIII.

c) v. *Eustath.* ad II, π, 254. p. 1056, 46. et *Schol. Cod. Leid.* ad I. l. ap. *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 82. (p. 81. ed. *Schaefer.*) et ad *Theocr.* Adoniaz. p. 333. (p. 329. ed. 2.) qui tamen posteriori loco istam Grammaticorum obseruationem mendacii suspectam habet, et praefert ea, quae *Eustath.* alio loco de nomine ἀντίπηξ tradit, ad Odyss. β, p. 1449, 2. nempe esse vocabulum antiquum.

Digitized by Google

Euripides [d]). Ex alterutra harum dialectorum deriuata fortasse videri cuipiam possunt vocabula *ἀμφίσματα* et *ἀναῤῥιχᾶσθαι*, quibus Hellanicum vsum esse dicunt *Suidas* et *Phauorinus*, qui tamen, vt *Hesychius*, et *Zonaras* in Lexic. p. 157., recte *ἀμφίσβατα* legit. Certe *ἀμφίσματα* pro *ἀμφισβητήσιμα* vix repereris in alio scriptore, et Graecum haberi illud vix potest. Verbum *ἀναῤῥιχᾶσθαι, ascendere,* quo etiam *Aristophanes* (in Pace v. 70.) vsus est, possit et ipsum, si quis defendere hanc sententiam velit, translatum dici e dialecto Lesbica, vel saltem e loco *Hellanici*, cuius verba sunt haec: *ἀναῤῥιχᾶται δὲ ὥσπερ πίθηκος ἐπ' ἄκρα τὰ δένδρα.* Haec ita explicat *Suidas: πρὸς ὕψος ἀνέβαινε, πρὸς δένδρα καὶ τοίχους. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν ἀῤῥίχων. εἶδος δέ ἐστι κοφίνων, οὓς εἰώθασι διὰ σχοινίων ἀνιμᾶν* [e]). *ἢ ἀπὸ τῶν ἀραχνῶν· καί ἐστιν οἷον ἀναραχνᾶσθαι. αἱ γὰρ ἀράχναι νήθουσι κατὰ τὰς ἐναερίους ὁδούς.* Sed quum dialecti *τοπικαὶ* non omnibus lectoribus potuerint satis notae esse, et plerique scriptores scripsisse reperiantur dialectis *γενικαῖς*, non dubito, quin Hellanicus eandem rationem sit secutus; immo si scripsisse dicendus sit lingua sibi maxime vernacula, Aeolica eum vsum esse verisimile videtur. Lesbus enim erat, auctore *Strabone* [f]), *σχεδόν τι ἡ μητρόπολις τῶν Αἰολικῶν πόλεων.* In his tamen magna cautione opus esse videtur. Ego quidem certe, etiam si supersint nobis libri, Hellanici nomine simpliciter, nec patriae mentione facta, omnes inscripti, et duplicis generis dialecto, alii Aeolica, alii Ionica, consignati, nequaquam

d) in Ione v. 19. 1538. 1591.

e) Item videbatur *Pausaniae*, sp. *Eustath.* ad Odyss. ε, p. 1533, 59. — Alia attuli ad *Dion. Cass.* Vol. V. (Annotationum Vol. I.) p. 372. *Dio* enim Vol. II. p. 530, 337. dixit: *τοὺς ἀναβασμοὺς τοὺς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τοῖς γόνασιν ἀνεῤῥιχήσατο.* Conf. *Zonarae* Lexicon p. 206. ibique *Tittmann.* et *Philemonis* Lexic. technolog. p. 149. edit. *Burnei.* siue p. 249. sqq. edit. *Osann.* et quos hic laudauit.

f) 13, p. 616. D.

Digitized by Google

tamen putem recte ex hac sola causa colligere quenquam posse, illos a Lesbio esse profectos, hos a Milesio. Neque enim tantum Hippocratem, gente Coum atque adeo Doriensem, accepimus Democrito gratificaturum Ionica dialecto libros suos conscripsisse [g]), sed ipsius Herodoti exemplum obstat, qui natus Halicarnassi, Cariae vrbe a Doriensibus condita [h]), tamen Ionice scribere maluit, quam Dorice. Idem *Herodotus*, vbi hominis Lesbii, ducis Mitylenaeorum, orationem refert [hh]), exhibet eam Ionice scriptam. Et profecto extant in tanta reliquiarum Hellanici paucitate ac breuitate Ionicae magis quam Doricae dialecti vestigia [i]). Quae fortasse fuit vna ex causis, quibus moti *Wesselingius* [k]) et *Valckenarius* [l]) Milesium tantum Hellanicum agnoscerent, et *Valckenarius* adeo Ionicam ei dialectum tribueret [m]). In quo tamen dubito an recte versatus sit vir summus. Nititur enim eius sententia haud dubie loco quodam lexici Sangermanensis MSti, quod *Bekkerus* Anecdotorum Graecorum Volumine I. Berolini 1814. 8. inter Lexica Segueriana edidit. Scilicet ibi dicitur (p. 351, 13. ed. *Bekker.*) primo ἡ ἀθάρη esse τροφὴ ἐκ πυρῶν ἐψημένων (*Bekker.* ἠψημ.) καὶ διακεχυμένων. Tum sequuntur haec: ἔστι δὲ ἡ χρῆσις τῆς λέξεως πολλὴ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, κατὰ μὲν τὸ τέλος διὰ τοῦ η προαγομένη, κατὰ δὲ τὴν μέσην διὰ τοῦ α, κατὰ δὲ πολλοὺς ἄλλους κατὰ μὲν τὸ τέλος διὰ τοῦ α, κατὰ δὲ τὴν μέσην διὰ τοῦ η. οὕτως δὲ καὶ Ἑλλάνικος καὶ Σώφρων ἐχρήσατο. Et paulo post: οἱ δὲ ἀθάρην λέγοντες Ἰακῶς φασί. καὶ γὰρ καὶ ἄλλως (*Bekker.* melius ἄλλοις) ἐχρήσαντο (Ita lego pro ἐχρήσαντα) Ἰαχοῖς διὰ τὴν ἄνω-

g) v. *Aelian.* V. H. 4. 20.
h) v. *Herodot.* 2, 178.
hh) 4, 97.
i) v. infr. fragm. III. *ἀνθέουσι.* it. CIIII,
k) praefat. ad Herodot. non procul ab initio.
l) ad Herodot. 4. 190.
m) ad Theocrit. Adoniaz. p. 204. C. (p. 203. B. edit. 2. Lugd. Bat. 1810. 8.)

Digitized by Google

θεν συγγένειαν, ὥστε τὸ ἀθάρη παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεγόμενον τὴν μὲν παραλήγουσαν κατὰ τὴν Δώριον, τὴν δὲ κατάληξιν κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἔσχεν διάλεκτον. Ex hoc igitur loco quomodo colligere *Valckenarius* potuerit, equidem fateor me non perspicere posse. Nam primo non sibi constat grammaticus. Alias enim formam ἀθάρη Atticam vocat, alias Ionicam. Deinde dicit, ab aliis Atticam putari formam ἀθήρα. Hac vsos esse Hellanicum et Sophronem. Ergo non forma ἀθάρη, quam Ἰαχῶς dici ait. Denique rectius ex h. l. colligi putem, Hellanicum Aeolice vel Dorice scripsisse. Nam non solum cum Sophrone componitur, quem et Dorice scripsisse constat, et asperrima Dorica dialecto vsum esse, atque adeo, si vera sit *Valckenarii* sententia, Sophron quoque putari debeat Ionice scripsisse, sed tribuitur etiam ab aliis forma ἀθήρα Aeolicae dialecto [n]). Omnino vero, quum scriptores veteres, etiam scholiastae, in laudandis aliorum verbis saepe ita versati sint, vt, quo aequalior existeret oratio, dialecti proprietate sublata rem ipsam potius ex illorum sententia traderent, suae dialecti verbis declaratam, cuius generis exemplum paulo ante ex *Herodoto* attuli, quumque inprimis vitare voluisse videantur Doricae dialecti duritiem et asperitatem: ne e talibus quidem dialecti alicuius vestigiis, raris praesertim et obscuris, colligi temere aliquid constituiue velim.

§. 9.

Tutissime potius et sine vllo erroris periculo omnes veterum scriptorum locos, in quibus Hellanicus laudatur libri nomine addito, arbitror intelligi posse de Hellanico antiquo et Lesbio. Nam vt taceam, Lesbium Hellanicum tantam antiquitus gloriam nactum esse, vt lectores omnes, etsi Hellanicum simpliciter laudari vidissent, statim tamen cogitarent de Lesbio, et scripto-

n) vt a *Schol. Aristoph.* ad Pl. 673. cf. quae dixi de hoc vocabulo in diss. de dialecto Alexandrina p. 40. sq. (seu in libro de dialecto Macedon. et Alexandr. p. 86.)

Digitized by Google

res grauissimos ac diligentissimos, a quibus simpliciter Hellanicum laudari videmus, non videri commissuros fuisse, vt lectoribus ambiguum esset multis in locis, vter deberet quoque loco intelligi: quod et ipsum videtur non contemnendum argumentum esse: habeo alia grauiora, quae me in sententia proposita confirment. Et primo quidem mirum videri cuique debet, neminem omnino praeter *Suidam* fecisse Milesii Hellanici mentionem vnquam, ita vt, nisi *Suidae* lexicon superesset, vehementer dubitem, an vel nomen Hellanici Milesii nobis innotescere potuerit. Nam, quantum mihi quidem constat, vnum modo *Aristidis* locum habemus [a]), qui, quum Hellanicorum in numero plurali meminerit, videatur sententiae meae posse opponi. At ne hunc quidem *Suidae* causam adiuuare puto propterea, quia ex tota orationis serie apparet, Aristidem agere de scriptoribus antiquissimis, qui vixerint ante Thucydidis aetatem, quo tempore duo Hellanicos, et ambo quidem historicos, floruisse, nemo facile nisi homo leuis ac temerarius affirmauerit. Immo non nisi vnum Lesbium Hellanicum intellexit Aristides, et eodem modo pluralem posuit pro singulari, quo idem facere solent in nominibus virorum magnorum propriis optimi quique scriptores, v. c. *Cicero* [b]): „hinc illi Lycurgi, hinc Pittaci, hinc Solones, atque ab hac similitudine Coruncanii nostri, Fabricii, Catones, Scipiones fuerunt." Quam loquendi consuetudinem Romani petiisse videntur a Graecis, v. c. *Platone* in Theaeteto [bb]): *ὅσα Μέλισσοί τε καὶ Παρμενίδαι — διϊσχυρίζονται.* De legibus [bbb]): *ὅταν ἢ Θυέστας, ἢ τινας Οἰδίποδας εἰσάγωσιν ἢ Μαχαρέας τινὰς ἀδελφαῖς μιχθέντας.* In Symposio [b*]):

a) quem supra laudaui §. 4. not. m.

b) de Or. 3, 15.

bb) T. I. Opp. p. 180. E.

bbb) lib. 8. T. II. Opp. p. 838. C.

b*) T. III. Opp. p. 213. B.

Digitized by Google

ὁρῶν αὖ Φαίδρους, Ἀγάθωνας, Ἐρυξιμάχους, Παυσανίας, Ἀριστοδήμους τε καὶ Ἀριστοφάνεις. *Plutarcho* c): πρωτεύων ἐν Ἐφιάλταις, καὶ Λεωκράταις, καὶ Μυρωνίδαις, καὶ Κίμωσι, καὶ Τολμίδαις, καὶ Θουκυδίδαις. *Aeliano* cc): τοιοῦτοι, οἵους ἐν τῇ τραγῳδίᾳ τοὺς μονάρχας ὁρῶμεν, Ἀτρέας τε ἐκείνους, καὶ Θυέστας, καὶ Ἀγαμέμνονας, καὶ Αἰγίσθους c *). Nec magis audiendus videtur, si quis Milesium Hellanicum latere putet ap. *Hygin.* poet. astron. 2, 2. qui, „Thales, inquit, — natione fuit Phoenix, vt Herodotus Milesius dicit.“ Nam etsi Hellanicus etiam dicitur res Phoenicum scripsisse, (v. fragmm. in h. v.) et Herodotus non Milesius dici potest, tamen vel propterea non cogitandum videtur de Hellanico Milesio, quia illo etiam loco Hellanicus ponitur in numero scriptorum antiquissimorum vna cum Hesiodo, Hecataeo et Acusilao. Vel igitur pro *Herodotus* legendum est *Hecataeus*, vel potius nomen *Milesius* transponendum, vt legatur: „Thales Milesius — vt Herodotus dicit.“ Dixit enim id reuera 1, 170. Hanc ipsam ob causam, et quia *Suidas* Hellanicum Milesium dicit alterutrum opus simpliciter inscripsisse Ἱστορίας, et praeterea edidisse Περίοδον γῆς, subiit aliquando animum suspicio, errauisse in his Suidam, et Hellanicum pro Hecataeo Milesio nominasse, quem scimus composuisse et Ἱστορίας ccc) et Περίοδον γῆς d). Certe similem errorem errauit *Berckelius* ad *Steph. Byz.* in v. Οἰάνθη. De qua mea coniectura velim vt iudicent harum rerum me peritiores. Meum iam est, vt alteram causam afferam, cur vbique fere Lesbium historicum intelligi putem. Scilicet *Athenaeus*, doctissimus scriptor, laudat Hellanicum, nullo gentis nomine addito,

c) in vita Periclis cap. 16.

cc) Var. Hist. 2, 11.

c*) Plura collegi in Opusculis p. 57.

ccc) v. *Steph Byz.* in v. Οἴνη.

d) Ita opus illud diserte laudatur a *Strabone* 12, p. 550. D. qui locus fugit *Vossium* de historr. Gr. 1, 1. p. 7. et 4, 3. p. 440.

Digitized by Google

ἐν ταῖς ἱστορίαις e). Quis non hic cogitet de Hellanico Milesio, cui tribui vidimus opus, simpliciter ita inscriptum? Ipse facile adducerer, vt de illo capiendum arbitrarer Athenaei locum, nisi idem statim addidisset verba: *ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τῆς Φορωνίδος* — Ex his enim certo cognoscitur, Lesbium historicum intelligi, cui Phoronidis opus diserte tribuit *Dionysius Halicarnassensis* f). Quum igitur ne illud quidem opus, quod secundum inscriptionem videatur Milesii esse, referri ad eum, tanquam ad auctorem, possit, quomodo tandem ei reliqua tribuemus, quae etiam specie ista carent? Similes locos afferam infra g). Accedit, quod facile fieri potuit, vt vnus Hellanicus et Mitylenaeus s. Lesbius appellaretur, et Milesius. Vt enim Apollonius, Argonauticorum scriptor, salua veritate dici potuit et Alexandrinus et Rhodius, quia natus erat Alexandriae h), in Rhodo vixerat, vt Dionysius Thrax, qui et ipse fuit Alexandrinus, tamen vulgo Rhodius dictus est, vt denique Herodotus, quem Halicarnasseum esse nemo nescit, postea Thurius vocatus esse legitur, quia socium se praebuit coloniae in Thurios deducendae i): ita etiam Hellanicus, qui vel in Lesbo vel Mileti natus vel diu versatus esset, potuit recte vtroque nomine insigniri. Et ob ea quidem, quae paulo ante dixi de dialecto Ionica, tum etiam ea de causa, quod aliquam diu cum Hecateo Milesio versatus esse dicitur a *Suida*, valde probabilem esse puto sententiam hanc, vt in Lesbo natus reliquam, vel totam vel maximam, vitae partem transegisse existimetur Mileti. Ex hac igitur hypothesi, quae sustentatur argumentis ante allatis, dirimi et componi dissensus omnis facile potest. Ex hac eadem explicari etiam ii loci possunt, in quibus Hella-

e) 9, p. 410. F.

f) archaeol. 1, p. 22. Eadem ratio est *τῆς Ἀτθίδος*. v. fragm. XX.

g) fragm. V. XXXVI.

h) Nolo enim h. l. cum iis pugnare, qui *Athenaeum* 7, p. 283. D. sequuti Apollonium dicunt Naucratide esse natum.

i) v. *Strabo* 14, p. 655. D. et 656. C.

Digitized by Google

nicus ita laudatur, vt non solum patria, sed ne opus quidem, in quo narrasse aliquid traditur, additum sit. Tales enim loci magna cum probabilitate referri fere semper possunt ad aliquod opus, cuius auctorem ex iis, quae disputaui, Lesbium Hellanicum fuisse appareat.

§. 10.

Sed noua exoritur difficultas. Quaeri enim recte potest, quomodo factum sit, vt Hellanicus, Historicus et Geographus[a]), grammaticis etiam tricis tempus impenderet. Quod de illa quidem aetate parum verisimile videtur. Scilicet in illo loco *Homeri* [aa]): — οἱ δ' οὐκ ἐδύναντο, καὶ ἀχνύμενοί περ ἑταίρου, Χραισμεῖν — Hellanicus περ Aeolice dictum putasse traditur pro περὶ, et in alio eiusdem *Homeri* loco [b]): — Θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ. Πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη, ἣ πάντας ἀᾶται, Οὐλομένη — pro Θεὸς διὰ legi iubebat coniunctum Θεόσδια, h. e. Θεόσδοτα, ita ut Θεόσδια sit accusatiuus, pendens a verbo τελευτᾷ, quod dictum sit pro τελειοῖ, et cohaereat cum nomine Ἄτη. e qua ratione distinctio delenda esset post τελευτᾷ. Neutram interpretationem puto se viris doctis esse valde probaturam. Nam περ in priori loco haud dubie est *quamuis*,

a) Inter Geographos enim recte numerari Hellanicum, multa librorum eius fragmenta luculenter docent. Docet etiam *Agathemeri* compendiariarum geographiae expositionum libro I. pag. 2. edit. *Hudson.* haec dicens: Ἑλλάνικος γὰρ Λέσβιος, ἀνὴρ πολυΐστωρ, ἁπλάστως παρέδωκε τὴν ἱστορίαν. Antea enim dixerat, Anaximandrum Milesium primum ausum esse orbem terrarum in tabula pingere, postea vero Hecataeum Milesium, qui fuerit ἀνὴρ πολυπλανὴς, eandem rem diligentius et ad admirationem vsque egisse. Significat igitur, Hellanicum in Geographorum numero ponendum quidem esse, sed ἁπλάστως, hoc est, simpliciter, et tabulis geographicis non additis, de situ regionum et vrbium tradidisse. Vt enim πολυΐστωρ idem est, qui πολυπλανὴς, ita etiam ἱστορία proprie tribuitur ei, qui multos populos, multorum vidit et vrbes.

aa) Il. o, 651. v. ad h. l. *Eustath.* p. 1035, 64.

b) Il. τ, 90. v. *Eustath.* ad h. l. p. 1173, 24.

Digitized by Google

et in aliis etiam locis iunctum reperitur cum καί c). Quod quum Hellanicus non magis ignorare potuerit, quam locum plane similem d), — τοῖς δ' οὔτι δυνήσεαι, ἀχνύμενός περ, Χραισμεῖν — puto eum offensum fuisse genitiuo ἑταίρου, cum verbo ἀχν. iuncto. At nonne facilius erat, vel ἑταίρῳ legere, et ad χραισμεῖν referre, vel in genitiuo ἑταίρου omissam statuere particulam περὶ vel ἕνεκα, quae satis saepe in his desunt dd), quam inusitata et haud dubie falsa ratione coniunctionem s. dictionem encliticam in praepositionem mutare? Etsi enim non

c) vt Il. α, 217. et ap. *Apollon. Rhod.* 2, 859. vbi *Schol.* dicit, περ redundare. Quum vero idem *Apollonius* 1, 299. dixisset ἀνιάζουσά περ, *Scholiasta* auctore περ pro γε vel δή dictum est. Deinde in Scholiis Parisinis, a quibus non multum abeunt Scholia ante *Schaeferum* edita, haec adiiciuntur: οὕτω γὰρ Ἀρίσταρχος ἐπισημαίνεται, ὅτι ὁ περ ἔσθ' ὅτε ἀντὶ τοῦ δὴ λαμβάνεται. ἐν γοῦν τῷ,

μηδ' οὕτως ἀγαθός περ ἐὼν, (Iliad. α, 131.)

τὸν περ μεταλαμβάνει εἰς τὸν δή. — Καὶ τὸ

φυγόντι περ αἰπὺν ὄλεθρον, (Odyss. ρ, 47.),

ἀντὶ τοῦ φυγόντι δή. ἢ οὖν καὶ ἐνταῦθα τὸν περ μεταλαμβάνειν δεῖ εἰς τὸν δή, ἢ τὸ ἑξῆς οὕτως· τούτων τὴν μοῖραν, καίπερ ἀνιάζουσα κατὰ θυμὸν, ὅμως τλῆθι φέρειν.

d) Il. α, 241.

dd) *Scholia Villoisoniana* ad Iliad. ο, 651. p. 369. sq. ἐλλείπει ἡ περὶ, περὶ ἑταίρου. Ἑλλάνικος δὲ Αἰολικῶς νομίζει τὴν περὶ πεῤ εἰρῆσθαι. — ἀήθης δὲ Ὁμήρῳ ἡ τοιαύτη συναλοιφή. *Apollonius Dyscolus* de Syntaxi p. 166, 3. ed. *Sylburg.* τὸ γὰρ (Iliad. δ, 343.),

Πρώτω γὰρ καὶ δαιτὸς ἀκουάζεσθον ἐμεῖο,

συνηρπάσθη εἰς τὴν κτητικὴν σύνταξιν. ἄμεινον γὰρ τῷ ῥήματι συντάσσειν, Ὁμηρικώτερον λειπούσης τῆς περὶ προθέσεως, ὡς τό (Il. β, 356.),

Τίσασθαι Ἑλένης ὁρμήματά τε στοναχάς τε. —

Κύκλωπος κεχόλωται (Odyss. α, 69.),

καὶ ἄλλα πλεῖστα, ἔχοντος τοῦ λόγου οὕτως· ἐμοῦ ἀκουάζεσθον πρώτω περὶ δαιτός. Conf. quae *Franc. Nansius* in Curis secundis ad *Nonni* Paraphrasin Euangelii Iohannis, Lugduni Batav. 1593. 8. editis, p. 19. sq. erudite scripsit. Est enim exiguae quidem molis libellus, sed optimae frugis.

Digitized by Google

nego, in nonnullis *Pindari* locis [e]) περ' cum apostropho legi posse pro περὶ, tamen quod lyrico et dithyrambico licet, id an epico liceat dubito, neque in *Homero* puto locum alium reperiri, in quo manifestum sit, eum περ dixisse pro περί[ee]). θεόσδια vero in altero loco, pro θεόσδοτα vel τὰ ἐκ θεοῦ, quale, quaeso, monstrum? Horrendum profecto et ingens! Tota difficultas, quae in eo videtur inesse, vt, si διατελευτᾷ referatur ad θεὸς, Ἄτη, non habeat, vnde pendeat, tolli, opinor, optime potest subaudiendo verbo ἐστὶ, qua ellipsi nihil vsitatius est[e*]), vel ita, vt illi nominatiui pro absolutis habeantur, quae et ipsa ratio est vsitatissima. Aeque inepta est tertia Hellanici explicatio, qua formam ἀνιείης apud *Homerum*[f]) non ἀνίείης scribendum putabat, neque adeo a verbo ἀνιέναι deriuabat, sed a verbo ἀνιᾶν. Quod quam insulsum esset, iam *Scholiastes* animaduertit, ἀνιείης docens dictum esse pro ἀναπείθοις, et, si contristandi notio illi verbo inesse deberet, legendum esse ἀνιᾴης. Aliud huius generis exemplum est, vbi pro θήλεας Hellanicus scribendum putauit θηλέας[ff]). Quum igitur Hellanicum Lesbium non verisimile sit ita ignarum fuisse linguae antiquae atque Homericae, vt summum poetam fingere

e) Ol. 6, 65. (38.) Pyth. 4, 472. (265, ed. *Boeckh.*)

ee) Vid. not. dd. Scilicet videtur Hellanicus ex analogia praepositionis ἀμφὶ iudicasse. Nam Iliad. δ, 493. legitur ἤριπε δ' ἄμφ' αὐτῷ.

e*) Atque hanc rationem secuti videntur ii, qui post τελευτᾷ vel colon posuerunt, vt *Villoisonus*, vel punctum, vt *Wolfius*. Sed paene magis probem, vt cum *Schreuelio* aliisque comma ponatur, atque adeo θεὸς sit ipsa Ate, *dea*. Nam *Plato* in Symposio, T. III. Opp. p. 195. D. Ὅμηρος γάρ, inquit, Ἄτην θεόν τε φησὶν εἶναι καὶ ἁπαλήν.

f) Odyss. β, 185. Hellanici explicationem tradit *Scholiastes* ad h. l. non item *Eustathius*.

ff) Iliad. ε, 269. vbi *Scholia Villoisoniana*: οἱ περὶ Ἑλλάνικον ἀνεγίνωσκον θηλέας, ὡς ταχέας, ὡς Δωρικῶς ἐκτιθεμένου τοῦ ποιητοῦ. τὸ δὲ τοιοῦτο παρ' Ἡσιόδῳ πλεονάζει, Ὅμηρος δὲ οὐ χρῆται. *Eustathius* nihil tale monuit.

Digitized by Google

gere posset ausum esse vocabulis et verborum formis vti, cum vniuersa linguae analogia pugnantibus, quumque non intelligi possit, quo consilio historicus de istis potissimum Homeri locis, in quibus plane nihil est, quod lucem afferre posse videatur historiae, disserere potuerit: non repugnem, si quis haec ad alium quendam Hellanicum referre velit, quem constet vel saltem probabile sit his rebus operam dedisse. Talem autem reperisse mihi videor apud *Suidam* in v. *Πτολεμαῖος γραμματικός* *). Hic enim Ptolemaeus ab eo traditur non solum Aristarchum sectatus esse atque propterea vocatus fuisse *Ἐπιθέτης*, verum etiam *Hellanicum grammaticum* audiuisse, qui fuerit discipulus Agathoclis, vt Agathocles Zenodoti Ephesii. Ergo Hellanicus iste et multo iunior fuit Lesbio — videtur enim Aristarchi aequalis fuisse. Aristarchus autem floruit circa Olymp. 156. sub Ptolemaeo Philometore — et ex eadem schola Zenodotea grammaticus, e qua Aristarchus. Vt enim Zenodoti dogmata per Aristophanem grammaticum Aristarcho tradita sunt, ita Hellanico per Agathoclem. Quae omnia egregie adiuuant meam sententiam g), in laudatis locis *Eustathii* et Scholiastae minoris intelligi debere Hellanicum iuniorem, grammaticum. Illud vero, quod addidi, ex eadem schola egressos esse Aristarchum et Hellanicum, nolim ita a quoquam intelligi, vt me inde collegisse putet, eos semper et vbique praeceptoris vestigia persecutos esse. Immo facile fieri potuisse intelligitur, vt alteruter discipulus non omnia magistri placita comprobaret, vel nonnulla illis adderet de suo. Et illos ipsos Zenodoteae disciplinae asseclas paulo ante vtique vidimus de interpretanda particula *περ* dissensisse. Sed quia Hellanicus praeceptis Zenodoti imbutus erat, inde explicari quodammodo potest,

*) *Suidae* verba repetiit *Eudocia* l. l. pag. 360.

g) probatam etiam *Wolfio* in Prolegomenis ad Homerum p. 198. minus tamen, vt videtur, *Dahlmanno* l. l. pag. 126.

Digitized by Google

vnde fuerit illi tanta in emendandis et pro lubito interpretandis locis Homericis tamque temeraria audacia. Scilicet antiqua in rebus grammaticis seueritas, quae inprimis Aristarchum nobilitauit, videtur magnam partem a Zenodoto profecta esse, quam quum imitari vellet Hellanicus, abusus ea ad audaciam progressus est. De eodem Hellanico grammatico intelligi fortasse possit locus *Scholiastis Sophoclei* [gg]) ad verba: *εὔστομ' ἔχε παῖ. εἰώθασιν*, inquit, *οὕτω λέγειν, ἀντὶ τοῦ σιώπα. τὸ δὲ τοιοῦτο κεχίασται*, (hoc quid sibi velit, praeter alios explicauit *Kuster.* hist. crit. Hom. 2, 5, 2, p. CXI. sq. ed. *Wolf.*) *ὅτι Ἑλλάνικός ποτε ἀναγινώσκων τὰ Ἡροδότου* [h]), *ἔλεγε, Περὶ δὲ τῶνδέ μοι εὔστομα κείσθω· οὐ διαιρῶν εἰς δύο λέξεις, ἀλλ' ὡς ἂν τις εἴποι, ταῦτα ἔστω εὔστομα.* Certe hic apparet idem studium contrahendi duo vocabula in vnum, quod supra cernebatur in vocabulo *θεόσδια*. Nam *εὔστομα*, vt recte explicat *Wesselingius* [i]), sunt *ori ac palato iucunda*. Sic apud *Heliodorum* [i*]) *φοίνικες* dicuntur *τὴν βάλανον εὔστομοι*. Legendum igitur apud *Herodotum* putarem: *εὖ στόμα κείσθω*, q. d. *quiescat mihi os*, h. e. *taceam*, nisi *εὔστομα* vno verbo iam olim lectum fuisse scirem ex antiquis scriptoribus. *Plutarchus* v. c. [ii]) dicit: *περὶ μὲν οὖν τῶν μυστικῶν — εὐστομά μοι κείσθω, καθ' Ἡρόδοτον. Aelianus* [iii]) similiter: *ἐμοὶ ἐκ θεῶν ἴλεω ἔστω, καὶ τά γε παρ' ἐμοῦ ἔστω πρὸς αὐτοὺς εὔστομα.* Non vero distrahendum esse vocabulum *εὔστομα*, euidentissime docet formula: *ἀλλὰ περὶ τούτου νῦν γε ἡμῖν εὔφημα κείσθω*, qua *Theodorus Metochita* [k]) vsus est. In hac enim imitatio for-

gg) ad Philoctet. 201.

h) 2, 171. Vnde fortasse factum est, vt *Suidas* in v. *εὐστομεῖν* formulam *εὔστομα κείσθω* Ionicam diceret.

i) ad Herodot. l. l.

i*) Aethiop. 10, p. 461, 17. edit. Commelin. 1596. 8.

ii) de defectu oraculorum p. 417. C. Sic idem *Plutarchus* de exilio p. 607. C. et Sympos. 2, 3, 2. p. 636. E.

iii) Hist. Animm. 14, 28. extr. vbi tamen verba *ἔστω πρὸς αὐτοὺς εὔστομα* videntur vertenda esse *ne iis displiceant*.

k) Miscellan. p. 70. edit. *Bloch.* Hauniae 1790. 8. (p. 127. edit. *Müller.* quae *Kiesslingio* curante prodiit Lips. 1821. 8.)

Digitized by Google

mulae Herodoteae est satis manifesta. — Sed ne quid dissimulem, videntur meae de Hellanico iuniore sententiae verba quaedam obstare, quae nomini Hellanici *Eustathius* addidit, in priori loco: *Ἑλλάνικος κατὰ τὴν παλαιὰν ἱστορίαν*, in altero: *οἱ δὲ παλαιοί φασιν, ὅτι Ἑλλάνικος* —. Quam tamen difficultatem facile ita tolli posse arbitror, vt Eustathium, cuius aetate vtriusque Hellanici libri periissent, ita vt ipse fidere deberet scriptoribus se antiquioribus, qui legissent quidem vtriusque Hellanici scripta, sed auctores eorum, vt solent, non patriae nomine distinxissent, confudisse inter se dicamus iuniorem et antiquiorem, vel potius ita, vt Eustathium putemus recte ita loqui potuisse propterea, quia tamen etiam iunior ille Hellanicus tredecim fere saecula vixit ante Eustathium [l]). Omnino vero hoc quoque in genere meliora haud dubie et certoria sciremus, si per temporis edacem iniuriam licuisset, vt ad nostra tempora perueniret liber *Demetrii Magnetis περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν καὶ συγγραφέων* [m]).

§. 11.

Iam finire hanc commentationem recte possem. Sed quum nonnulla huc spectantia superesse intelligerem, quae hactenus tractari commode non potuerint, sed quae tamen nonnullis saltem neque plane iniucunda esse neque nullius vsus videantur: promiscue illa hoc loco, et, vt quodque se primum offerret, appendicis loco afferre placuit. Huius generis illud est, quod *Plinius* in indice auctorum, quibus vsum se profitetur in conficiendis historiae naturalis libris V et VI, ponit praeter alios etiam Hellanicum. Hoc propterea moneo, ne, si quis forte

l) Ex his autem, quae supra scripsi, miror *Dahlmannum* l. l. pag. 126. collegisse, mihi Hellanicum historicum videri etiam talibus minutiis grammaticis immoratum esse. Etymologiae quidem studio eum nonnunquam indulsisse largior. Vid. fragm. 129. et alia. Id vero historici persona non est indignum.

m) de quo v. *Menag.* ad *Diog. Laert.* 1, 33.

Digitized by Google

lecto hoc indicio in mea reliquiarum Hellanici collectione quaesiuerit nec inuenerit locos ex illis libris depromtos, negligenter me putet et supine versatum esse in hac opera. Contendere enim quouis pignore possum, ne semel quidem in illis libris mentionem a Plinio fieri Hellanici. Quod quomodo factum sit, equidem non definio. Potuit Plinius sufficiens esse putare, si in indice illo indicasset, e quonam in quoque libro profecisset. Sed potuit etiam nomen Hellanici in ipsis Plinii libris vel excidere vel deprauari. Hoc certe factum est in eodem *Plinii* opere eo loco [a]), vbi Rhene ab Anticlide vocari dicitur Celadussa, ab *Hellanico* Artemis. Ibi vulgo legitur *Helladii* nomen [b]). Ne verbo quidem de hac lectionis varietate certiores lectores reddidit *Harduinus* *). Sed rectius tamen edidit. Nam in indice auctorum, quem libro quarto praefixit Plinius, non Helladius memoratur, sed Hellanicus. Eodem modo apud *Steph. Byz.* in v. *Ἀγβάτανα*, vbi laudatur *Ἑλλάδιος ἐν τῷ ᾱ στοιχείῳ*, non male videtur *Berckelius* legendum coniicere *Ἑλλάνικος*, ita vt intelligatur eius opus, quod inscripserat *Ἐθνῶν ὀνομασίας*, quodque videtur ad litterarum ordinem composuisse. Variat etiam lectio apud *Athenaeum* [c]). Quanquam enim ibi in omnibus, quas vidi, editionibus *Σέλευκος* legitur in oratione Graeca, dubito tamen, an temere et casu nomen Hellanici irrepserit in versionem Latinam, h. e. dubito, an non in codice aliquo repertum fuerit ab interprete nomen Hellanici. Sed genuinum esse Seleuci nomen, docet adiecta libri, cuius auctor esse dicitur, mentio: *ἐν γλώσσαις*, qui sem-

a) 4, 12, 22.

b) v. c. in edit. *Iac. Dalechamp.* Frcf. 1608. 8. p. 189.

*) Quanquam eam et aliunde scire debebat, et cognoscere poterat ex iis, quae de illo loco disputauit *Bernard. a Mallinçrot* in Paralipomenis de Historicis Graecis p. 188. sq. (ed. *Fabric.* Hamb. 1709. 8.) qui tamen seruandam apud *Plinium* putabat lectionem *Helladius*.

c) 11, p. 487. A.

Digitized by Google

per alias tribuitur Seleuco. Similis locus est apud *Lutatium*, *Statii* scholiasten [d]), qui pastoris illius, cui expositus a matre Linus traditus fuit, nomen inveniri dicit in historia *Heleni*, quo loco iam *Barthius* vidit legendum esse *Hellanici*. — In hac minutiarum farragine fortasse quis exspectet etiam hoc, vt verbo dicam de nomine Hellanici. Vberius enim in Opusculis nuper coniunctim editis p. 27 — 29. demonstratum iui, non illud compositum esse ex Ἑλλὰς siue Ἕλλην et νίκη, sed esse adiectiuum gentile Ἑλληνικός, Dorica forma Ἑλλανικός, et, quod in multis nominibus propriis fieri solet, accentu in antepenultimam retracto Ἑλλάνικος. Quo factum esse videatur, vt in *Scholiis* a *Villoisono* primum editis [e]) narratio de Patroclo non παρὰ Ἑλλανίκῳ, sed παρὰ Ἑλληνίκῳ reperiri diceretur [f]). Certe qui penultimam nominis syllabam corripiendam putauerit, non recte reprehendetur a quoquam, praesertim quum §. 3. extr. idem ab *Auieno* factum esse viderimus. — Sed ne te, lector, diutius morer, vtque te his minutiis defatigatum quodammodo recreem, liceat, tua pace, adscribere locum quendam *Dionysii Halicarnassensis*, paulo quidem eum longiorem, sed quo nullus reperiatur elegantius et verius depingere antiquissimae historiae faciem atque formam. Scilicet postquam egerat de Historicis bello Peloponnesiaco paulo antiquioribus, in quorum numero etiam Hellanicum ab eo poni supra vidimus, pergit ita [g]): οὗτοι, inquit, προαιρέσει τε ὁμοίᾳ ἐχρήσαντο περὶ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὑποθέσεων· καὶ δυνάμεις οὐ πολύ τι διαφερούσας ἔσχον ἀλλήλων· οἱ μὲν, τὰς Ἑλληνικὰς ἀναγράφοντες ἱστορίας· οἱ δὲ, τὰς βαρβαρικάς· καὶ αὐτάς τε (leg. δὲ) ταύτας οὐ συνάπτοντες ἀλλήλαις, ἀλλὰ κατ' ἔθνη καὶ κατὰ πόλεις διαιροῦντες [h]) καὶ χωρὶς ἀλλή-

d) ad Thebaid. 1, 581. cf. infr. ad fragm. LII.

e) ad *Homer.* Iliad. μ, 1.

f) Similia infra habes, fragm. CXXXVI. et CXXXVIIII.

g) in iudicio de Thucyd. p. 138, 86.

h) Hoc idem bis tribuit Hellanico nominatim, p. 139, 10. Θουκυδίδης οὐκ ἐφ' ἑνὸς ἐβουλήθη τόπου καθιδρῦσαι τὴν ἱστορίαν,

Digitized by Google

λων ἐκφέροντες, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν φυλάττοντες σκοπὸν, ὅσαι διεσώζοντο παρὰ τοῖς ἐπιχωρίοις μνῆμαι κατὰ ἔθνη τε καὶ κατὰ πόλεις, εἴτ' ἐν ἱεροῖς, εἴτ' ἐν βεβήλοις ἀποκείμεναι γραφαὶ, ταύτας εἰς τὴν κοινὴν ἁπάντων γνῶσιν ἐξενεγκεῖν, οἵας παρέλαβον· μήτε προστιθέντες αὐταῖς τι, μήτε ἀφαιροῦντες [i])· ἐν αἷς καὶ μῦθοί τινες ἐνῆσαν ὑπὸ *) τοῦ πολλοῦ πεπιστευμένοι χρόνου, καὶ θεατρικαί τινες περιπέτειαι, πολὺ τὸ ἡλίθιον ἔχειν τοῖς νῦν δοκοῦσαι [k]). λέξιν τε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὴν αὐτὴν ἅπαντες ἐπετήδευσαν, ὅσοι τοὺς αὐτοὺς προείλοντο τῶν διαλέκτων χαρακτῆρας, τὴν σαφῆ καὶ κοινὴν καὶ καθαρὰν καὶ σύντομον, καὶ τοῖς πράγμασι προσφυῆ, καὶ μηδεμίαν σκευωρίαν ἐπιφαίνουσαν τεχνικήν. ἐπιτρέχει μέντοι τὶς ὥρα τοῖς ἔργοις αὐτῶν [l])· καὶ χάρις τοῖς μὲν πλείοις, τοῖς δ' ἐλάττοις· ὃ ἦν ἔτι μένουσιν αὐτῶν αἱ γραφαί.

ὡς οἱ περὶ τὸν Ἑλλάνικον ἐποίησαν. et p. 140., 13. Θουκυδίδης οὐ τοῖς τόποις, ἐν οἷς αἱ πράξεις ἐπετελέσθησαν, ἀκολουθῶν ἐμέρισε τὰς διηγήσεις, ὡς Ἡρόδοτός τε καὶ Ἑλλάνικος.

i) k) l) Haec omnia iam tetigi supra §. 4. Lectu etiam digna attulit Mr. *de Bougainville* in Vues générales sur les antiquités Grecques du premier âge, et sur les premiers Historiens de la nation Grecque, considérés par rapport à la Chronologie, Vol. XXVIIII. des Mem. de l'acad. roy. des I. et des B. L. p. 70 — 74.

*) *Heynius* ad *Apollodor.* p. 922. recte iudicat, ἀπὸ esse reponendum.

Digitized by Google

OPERVM HELLANICI RELIQVIAE
E VARIIS SCRIPTORIBVS COLLECTAE ET ANNOTATIONIBVS ILLVSTRATAE.

Quum fieri nullo modo possit, vt singula Hellanici scripta eodem ordine, quo edita sunt, a me recenseantur, qui ne illud quidem sciam, quodnam eorum primum vel vltimum fuerit, recensere constitui ex ordine litterarum, a quibus incipit cuiusque inscriptio. Quia vero tantus horum librorum numerus reperitur, vt hinc quidem valde dolendum sit, nobis tantum bonarum rerum ereptum esse, illinc mirum cuique videri debeat, quomodo tandem adeo saeuire potuerit temporis edacitas, vt multorum vix nomen, ex omnibus autem libris ne vnus quidem integer, conseruaretur: vix dubito, quin tanta diuersorum librorum multitudo valde minuenda sit ita, vt non pauci eorum habeantur pro operum quorundam partibus, quas peculiaribus quamque nominibus inscribere vel ipsi Hellanico placuerit, quem postea *Pausanias* imitatus sit, vel scriptoribus a quibus laudantur. Hos enim in laudandis antiquiorum scriptorum operibus non raro ita versatos esse, non solum ea docent, quae *Aelianus* de variis singularum Carminum Homericorum partium inscriptionibus

Digitized by Google

collegit [a]), sed eiusmodi quoque scriptorum recentiorum loci, in quibus aliorum, praeter Homericos, librorum particulae peculiaribus nominibus insigniuntur. Talis locus extat apud *Sextum Empiricum* [b]), vbi Herodotus laudatur ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀργείας ἱερείας λόγῳ, hoc est, lib. 1. cap. 31. Item apud *Menandrum Rhetorem* [c]), vbi Herodotum laudat ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς. Ne quid tamen hoc in genere praeripiam eruditis lectoribus, ita mihi versandum esse intelligo, vt iis quosque libros inscriptionibus insignitos exhibeam, quas repererim in libris eorum, qui soli nobis eas seruarunt. Similiter vtrum in vltima libelli parte, vbi eas operum Hellanici reliquias, quae nulla inscriptione memorata laudantur, compositas et ad vnum aliquod maius Hellanici opus relatas exhibere animus est, laude dignus sim, an reprehensione, prorsus per doctorum virorum suffragia velim decerni, qui iidem perpendant, in hoc rerum genere saepe satis haberi debere, si quis verisimilia dixerit, raro peruenire ad eam probabilitatem, quae ipsi veritati confinis est.

ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΑ.

De hoc opere praemittendum videtur *Photii* iudicium, cod. 161. p. 177, 3. ed. *Hoeschel.* siue T. I. p. 104, 12. edit. *Bekker.* Agit ibi de *Sopatri* Sophistae ἐκλογαῖς διαφόροις, easque dicit compositas esse ἐκ τῶν Αἰλίου, ὃι ὧν (*Bekkerus* edidit Αἰλίου Δίου) περὶ Ἀλεξανδρείας· καὶ ἐκ τῶν Αἰγυπτιακῶν Ἑλλανίκου· ὃι ὧν μυθικά τε καὶ πλασματικὰ πολλὰ συλλέξας, καὶ διάφορα ἕτερα, εἰς τὸ τέλος τοῦ ἕκτου λόγου καταντήσεις. His lectis quilibet attonitus stupebit, qui legerit eiusdem operis locum hunc:

a) V. H. 13, 14.

b) Pyrrhon. hypotypos. lib. 3. sect. 231.

c) in commentar. de encomiis 1, 7. p. 49. ed. *Heeren.* Alia huius generis exempla habet *Kuster.* hist. crit. Hom. p. CIII. edit. *Wolf.* Conf. *Fabricius* ad *Sext. Empir.* l. l. pag. 186.

Digitized by Google

I.

τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἀγαθὰ, τὰ δὲ κακὰ, τὰ δ' ἀδιάφορα. ἀγαθὰ μὲν οὖν αἱ ἀρεταὶ καὶ τὰ μετέχοντα αὐτῶν. κακὰ δὲ, κακίαι καὶ τὰ μετέχοντα κακίας. ἀδιάφορα δὲ, τὰ μεταξὺ τούτων, πλοῦτος, ὑγίεια, ζωὴ, θάνατος, ἡδονὴ, πόνος.

Haec leguntur apud *Arrian.* in dissertt. Epictet. 2, 19. et inde apud *Gell.* N. A. 1, 2. Vterque apposuit verba: *πόθεν οἶδας; οὕτως Ἑλλάνικος λέγει ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς.* Hellanicus igitur fortasse auctor fuit illius dogmatis, quod postea in Stoicorum scholis valde frequentatum fuit, et quod ex ipsius Zenonis mente praeclare explicat *Cic.* de finn. 3, 16. sqq. Potest profecto hic locus desiderium omnium Hellanici librorum vehementer augere etiam in eorum animis, qui in cognoscenda philosophiae historia id sibi agendum esse putant, vt, quo ex fonte dogma quodque haustum sit, intelligant. Quomodo vero conciliari hic locus potest cum loco *Photii* paulo ante allato? quomodo idem homo eodem in opere et philosophum recte agere potest, et fabularum fictorem, vel certe narratorem? Scilicet hic quoque apparet vtilitas eius loci, quem supra §. 11. laudaui e *Dionysio.* Nam idem ille Hellanicus, qui h. l. praeclarum edidit eruditionis et sapientiae specimen, non dedecere putauit suam personam, si aliis in locis, vbi merae historiae narrandae essent, rem quamque ita, vt fando vel aliis modis accepisset, narrando redderet. Vnde necessario debuit nonnulla, vel si mauis multa, scriptis suis immiscere, quae vel sana ratio demonstraret vana esse nec vllo modo fide digna. Fortasse hic locus desumtus est ex Aegyptiacorum praefatione, in qua multis modis potuit sapientiam suam et iudicandi facultatem declarare, quo magis perspicerent lectores, vbi narrasset res omnem fidem humanam superantes, id ab ipso factum esse non iudicii infirmitate, sed religiosa quadam in narrando diligentia.

Digitized by Google

II.

Athenaeus 11, p. 470. D. *Ἑλλάνικος ἐν Αἰγυπτιακοῖς οὕτως γράφει·*

Αἰγυπτίων ἐν τοῖς οἴκοις κεῖται φιάλη χαλκῆ, καὶ κύας θοχαλκοῦς, καὶ ἠθάνιον χάλκεον.

Confirmat haec *Herodotus* 2. 37. *ἐκ χαλκέων ποτηρίων πίνουσι.* Pro monstro illo *κύας θοχαλκοῦς* transpositis litteris legendum esse *κύαθος χαλκοῦς*, iam ante me viri docti viderunt. Et esse hunc in fontibus emendationum, vel vnius *Valckenarii* diligentia monstrabit, v. c. ad *Theocrit.* Adoniaz. p. 201. A. (p. 199. extr. ed. 2.) vbi *τητώμενοι* facit ex *ἡττώμενοι*. Pluribus exemplis ipse rem eandem illustrare aliquando constitui, quum *Canteri* syntagma, de ratione Graecos auctores emendandi, auctum dabo, et aliorum virorum doctorum et meis qualibuscunque obseruationibus *). *ἠθάνιον* autem quid sit, *Athenaeus* non magis docet, quam alius vllus grammaticus. Videtur coli quoddam genus fuisse, ita dictum a verbo *ἠθεῖν*, vel potius poculi genus, coli aliquam similitudinem habens.

*) Cur tot annis nomen non dissoluerim, causam hic reddendam esse intelligo. Paulo post enim, quam nouam Canteriani libelli editionem promiseram, accidit vt vir doctissimus, quem nominare nihil attinet, inter colloquendum ostenderet, se idem syntagma publicare secum constituisse. Ego igitur, qui huic viro multa deberem, pietatis causa consilium meum abieci. Nunc, quum eum de edendo *Canteri* syntagmate non amplius cogitasse vidissem, tandem post annos fere quadraginta illud nouae fragmentorum Hellanici editioni subiecci, nullis tamen vel perpaucis additamentis auctum, praeterquam iis, quae *Aristidis* editio Iebbiana suppeditasset. Illa tamen pauca, quae iam olim, antequam Hellanici operum reliquias ederem, libello Canteriano adscripseram, seruanda censui. Ita saltem ex parte bonum nomen existimabor, et poterit quisque ipse facile plura exempla adiicere.

III.

Athenae. 15, p. 679. F. *περὶ δὲ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἀεὶ ἀνθούντων στεφάνων Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς οὕτω γράφει·*

Digitized by Google

Πόλις ἐπιποταμίη, Τίνδιον ὄνομα. αὐτὴ θεῶν ὁμήγυρις, καὶ ἱερὸν μέγα καὶ ἁγνὸν ἐν μέσῃ τῇ πόλει λίθινον, καὶ θύρετρα λίθινα. ἔσω τοῦ ἱεροῦ ἄκανθαι πεφύκασι λευκαὶ καὶ μέλαιναι. ἐπ' αὐτοῖς δ' οἱ στέφανοι ἐπιβέβληνται ἄνω, τῆς ἀκάνθου τοῦ ἄνθους καὶ ῥοιῆς ἄνθος καὶ ἀμπέλου πεπλεγμένοι. καὶ οὕτως ἀεὶ ἀνθέουσι. τοὺς στεφάνους ἀπέθεντο οἱ θεοὶ ἐν Αἰγύπτῳ, πυθόμενοι βασιλεύειν τὸν Βάβυν, ὅς ἐστι Τυφῶν.

Hunc locum *Gul. Canterus* Nouarum Lectionum lib. 3. cap. 51. p. 214. edit. tertiae primus e Codice Farnesiano edidit, sed *Janus Gruterus*, Tomo tertio Lampadis nouas illas lectiones repetens, totum istud caput a libro tertio auulsum post librum octauum posuit, et librum nonum inscripsit. Est autem locus difficillimus, et haud dubie corruptus. *ὁμήγυρις* est ipsa *concio*, *ἄθροισμα, πλῆθος*, interprete Etymol. M. Ita legitur apud *Homerum* Il. *υ*, 142. Vix igitur, nisi cum duritie quadam, accipi posse videtur de loco conuentus. Quare si quis legere voluerit *ἐν αὐτῇ*, quod *Casaubonus* suasit, non me habebit magnopere dissentientem, praesertim quum etiam demonstratum sciam a viris doctis, v. c. a *Valckenario* l. l. p. 191. A. (p. 190. C. ed. 2.) praepositionem *ἐν* interdum a librariis neglectam fuisse. Nam quod *Schweighäuserus* edidit *αὕτῃ*, nihilo melius est quam *αὐτή*. Multo rectius scripsisset *ταύτῃ*, *hic*, *hoc loco*. quanquam nec hoc ita explicari sine ellipsi potest. — Sed certius est, in sequentibus multa esse corrupta. Pro *ἔσω* enim, quod ipsa rei natura docere videtur, putabam *ἔξω* legendum esse, vt legit *Salmas.* ad *Solin.* p. 534, B. Defendi tamen *ἔσω* potest, quia sic rei nouitas et admiratio augetur. — Tum quo referamus verba *ἐπ' αὐτοῖς*; an ad deos? Hoc non putem. Mox enim dii dicuntur deposuisse coronas, nec facile quis dixerit: *coronae diis iniectae sunt*, pro *dii redimiti sunt coronis*. Corrigo igitur *ἐπ' αὐταῖς*, nempe *ἀκάνθαις*. Et ita scriptum est apud *Salmas.* l. l. et *Schweighäus.* — Deinde quanquam *ἄνω* abesse posse videatur,

Digitized by Google

quia iam adest ἐπὶ, non tamen mihi placeret, si quis legeret ἀπὸ, quae fuit aliquando mea ipsius opinio, sicut p. 679. C. legitur πλέκεται δ' οὗτος (ὁ στέφανος) ἐκ τοῦ στρουθίου καλουμένου ἄνθους. Nam verbum πλέκεσθαι non solum fragm. IV. nudo genitiuo iunctum est, omissa praepositione ἐκ vel ἀπὸ, sed etiam apud *Theocrit.* idyll. 18, 44. — Sed pro τῆς ἀκάνθου τοῦ ἄνθους Graecismi ratio postulat τοῦ τῆς ἀκάνθου ἄνθους, vel certe, quae ratio ob simplicitatem et facilitatem praeferenda videtur, τοῦ ἀκάνθου ἄνθους, vt τοῦ pertineat ad ἄνθους, et pro ῥοιῆς ἄνθος ob copulam καὶ idem linguae genius (taceo enim ipsam auctoris mentem) rescribi iubet ῥοιῆς ἄνθους. Atque sic edidit *Schweighäuserus*, *Cantero* et *Casaubono* monentibus. Etiam huius generis exempla, librarios non raro scripsisse ō pro ου, attulit in eodem commentario *Valckenarius* p. 262. C. (p. 259. ed. 2.) — Porro pro καὶ οὕτως *Schweighäus.* e MS. recepit καὶ οὗτοι. Sequens ἀνθέουσι est forma Ionica, (cf. supr. §. 8.) et post τοὺς ante στεφάνους inserenda videtur particula δὲ, quae facile potuit ob similitudinem absorberi a sequenti syllaba στε. Scio tamen, ab aliis quoque scriptoribus bonis particulam illam interdum omitti. Sic *Xen.* anab. 7, 4, 6. ὁ δὲ, παῖε, εἶπεν. — ἐπήρετο ὁ Σεύθης τὸν παῖδα. — οὐκ εἶα ὁ παῖς. — Lectione ita constituta, non difficile erit totius loci sensum perspicere, ad quem tamen facilius assequendum paucis annotationibus conferre conabor. Scilicet quum plura oppida *Tindii* nomine appellata fuerint, h. l. Libyae oppidum intelligendum esse iam alii obseruarunt. (v. *Steph. Byz.* in h. v. ibique interpp.) — ἄγνὸν ἱερὸν *Dalecamp.* vertit *splendidum* templum. Sed possumus hac versione recte carere. Nam etiam apud *Xenoph.* Ages. 11, 2. sunt ἁγνὰ ἱερὰ *templa pura* nec scelestis facinoribus polluta, quam explicationem totus ille locus ipse docet. Vnde peccasse putandus est *Leunclavius*, quum ἁγνὰ illa ἱερὰ verteret *sacrificia* pura. Nam *Cornel. Nepos* Ages 4, 7. diserte dicit *templa deorum sancta.* Saepissime autem ἱερὰ et

Digitized by Google

ἱερεῖα inter se permutata esse in Codicibus, doceri potest vel e *Xenophontis* Anab. 6, 5, 1. vbi editio Iuntina ἱερὰ habet pro ἱερεῖα. — θύρετρα λίθινα templi ex magna illa *Description de l' Egypte*, quae a doctis Franco-Gallis Lutetiae Parisiorum editur, explicari posse dicit *Creuzerus* Commentationum Herodotearum P. I. (Lips. 1819. 8.) p. 98. — „ἄκανθαι sunt arbores acaciae. Sed ἄκανθος est arbor Aegypti, non vimen aut virgultum, neque odorata, sed tantum apta coronis nectendis. Hae ἄκανθοι dicebantur Thebaicae, sed nascebantur etiam in aliis regionibus." Haec debeo *Salmasio* l. l. Conf. *Schneideri* Lexicon in v. ἄκανθα et ἄκανθος, et *Seruius* ad *Virgil.* Ge. 2, 119. — ῥοιὰ s. Ionice ῥοιὴ est *malum punicum*, quod idem vocatur *granatum*, ob granorum, quibus intus abundat, multitudinem. Apponebatur in mensis secundis, quod *Matronis Δεῖπνον* docet, in *Brunckii* Analectt. T. II. p. 249. (vers. 113.). Est vel syluestre, vel domesticum. Hoc rursus varii generis est. (v. *Andr. Matthiolus* ad *Dioscor.* 1, 127. p. 193. sq. ed. *Casp. Bauhin.* Frcf. 1598. fol.) — Res ipsa, quae hic narratur, tota redit ad superstitionem veterum Aegyptiorum et fabulas. Nimirum Typhon interfecit Osiridem fratrem. Cf. *Herodot.* 2, 144. qui simul docet, illis temporibus non homines in Aegypto regnasse credi, sed deos. Osiride igitur interfecto quum audiuissent dii reliqui, Typhonem regnum inuasisse, omnes fugam capessunt, conueniunt in locum sanctum et tutum, atque in tristitiae signum, fortasse etiam ne agnoscerentur statim a persequentibus, coronas suas ibi deponunt, quae nunquam emarcuerunt. Haec quidem videtur fuisse antiquissima istius de Typhone fabulae ratio. Sed quum ea transiisset ad Graecos, multa variis modis in ea mutata sunt. Re enim ad suos deos translata narrationem effinxerunt satis ineptam, Typhonem scilicet, Terrae filium, Iouis imperium affectasse, neminem deorum eius impetum sustinuisse, immo omnes, praeter Iouem et Mineruam, in Aegyptum confugisse, et Typhone eos e

Digitized by Google

vestigio sequente calliditate vsos in varias bestias se mutasse: tandem Typhonem Iouis fulmine percussum ad exstinguendam flammam se mari immisisse, sed ab Ioue inde extractum magno aliquo monte tectum fuisse, quem alii Aetnam, alii Caucasum fuisse dicunt, alii alios. v. *Apollon. Rhod.* 2, 1214. ibique *Schol.* et *Antonin. Liberal.* c. 28. it, *Schol. Pindar.* Ol. 4, 10. et 11. quosque laudant interpp. ad *Hygin.* fab. 152. Cf. *Theodor. Ryckii* oratio de gigantibus, quae est ad calcem Stephani Byzantini Berckeliani, p. 475. qui inprimis id agit, vt ostendat, quam sibi inuicem contraria tradiderint de hac fabula veteres. Copiosius eam e veteribus narrauit *Bochartus* Hieroz. 1, 2, 34. p. 339. sqq. qui admodum ingeniose demonstrare conatus est, latere sub ea Mosis historiam. De quo viri doctissimi conatu liberum cuique permissum esto iudicium. *Bochartum* praeter alios secutus est *Herm. Witsius Aegyptiacorum lib.* 3. *c.* 4. Similiter *Edmundus Dickinsonus* in Delphis Phoenicissantibus cap. 2. demonstrare conatur, sub Typhonis nomine latere regem illum Basanis, Og, cuius gigantea statura e libris Mosaicis nota est. Non denique negligi debent *Eberh. Rud. Roth* diss. de Osiride, Iside, Horo ac Typhone, diis olim Aegyptiis, Ien. 1671. 4. et *Jablonski* pantheon Aegypt. 5, 2. inprimis §. 7. et §. 23. vbi etiam agit de cognomine *Βάβυς*. Conf. Banier diss. sur Typhon, in Mem. de l'acad. des I. et B. L. T. III. p. 116 — 136. Sed multo praestantiora sunt, quae disseruit *Creuzerus* l. l. pag. 281 — 297.

IIII.

Athenae. 15, p. 680. B. *ὁ δὲ προειρημένος Ἑλλάνικος καὶ Ἄμασιν Αἰγύπτου βασιλεῦσαι, ἰδιώτην ὄντα καὶ τῶν τυχόντων κατὰ τὸν πρῶτον βίον, διὰ στεφάνου δωρεὰν, ὃν ἔπεμψεν ἀνθέων πλεξάμενος, τῇ ὥρᾳ περικαλ-*

λεστάτων, γενέθλια ἐπιτελοῦντι Παρτάμιδι τῷ τῆς Αἰγύπτου τότε βασιλεύοντι. τοῦτον γὰρ ἡσθέντα τῷ κάλλει τοῦ στεφάνου, καὶ ἐπὶ δεῖπνου καλέσαι τὸν Ἄμασιν, καὶ μετὰ ταῦτα τῶν φίλων ἕνα αὐτὸν ἔχοντα, ἐκπέμψαι ποτὲ καὶ στρατηγὸν, Αἰγυπτίων αὐτῷ πολεμούντων, ὑφ' ὧν διὰ τὸ τοῦ Παρτάμιδος μῖσος ἀποφανθῆναι βασιλέα.

Hunc locum, quem et ipsum *Cantero* l. l. pag. 215. debemus, ex Hellanici Aegyptiacis desumtum esse, omnes facile, qui eius argumentum et seriem orationis in *Athenaeo* perspexerint, largientur. Quare non dubitaui, eum hic statim afferre, reliquos, qui ad hoc opus pertinere videantur, infra allaturus. — Post Ἑλλάνικος vel post Ἄμασιν, subaudiendum esse verbum φησὶ vel simile, quiuis intelligit. Sic in *Aristidis* Platon. 1. T. II. p. 60. verbum φηµὶ est omissum in his: οὐκέτ' εἶναι νόμους. Pro περικαλλέστατον praetuli, praeeunte *Schweighäusero*, περικαλλεστάτων, quod ad ἀνθέων referatur. — Quinam flores intelligendi sint, certo dici non potest. Rosas fuisse, probabile fit, quia Indorum Magi rosam ferunt tanti fecisse, vt ad conciliandos Principum animos non alia re lubentius, quam rosis, vterentur. Vid. *Fr. Parskius* in Rosa aurea omnique aeuo sacra, (1728. 4.) p. 59. — Pro *Παρτάμιδι* et *Παρτάμιδος* *Schweighäuserus* ex duobus Codd. edidit *Πατάρμιδι* et *Πατάρμιδος*. Apud *Herodotum* 2, 161. sq. rex nominatur Ἄπρίης, sed alius vir spectatus, quem hic ad Amasin misit, dicitur *Πατάρβημις*. — Pro *ὑφ' ᾧ*, quod male in editiones *Casaub.* secundam et tertiam irrepserat, restitui ex *Cantero* *ὑφ' ὧν*, et *τὸ Παρτάμιδος μῖσος* est *odium* Aegyptiorum *in Partamidem*. Eodem modo apud *Eurip.* Orest. 432. *τὸ Τρωϊὰς μῖσος*, et apud *Platon.* in Lyside T. II. p. 205. C. ed. *Steph.* in verbis: *τὸν τοῦ Ἡρακλέους ξενισμὸν*, genitiuus est obiecti. cf. *Schol. Eurip.* Hec. 835. Orest. 811. et Schol. Baroc. ad Phoenn. 951. (941.) Plura huius generis attuli Vol. I. Annotationum ad *Dionem Cassium* p. 34. Huius Aegyptiorum in regem

Digitized by Google

odii causas affert *Herodotus* l. l. Reliqua narrat paulo aliter; de modo autem, quo Amasis sibi regis beneuolentiam conciliauerit, nihil habet.

AIOAIKA.

V.

Tzetzes ad *Lycophr.* 1374. *τὰ περὶ τῆς ἀποικίας Λέσβου Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος ἱστορεῖ ἐν πρώτῃ Αἰολικῶν.* Paulo aliter *Schol. Pindar.* Nem. 11, 43. *περὶ τῆς Ὀρέστου εἰς τὴν Αἰολίδα ἀποικίας, Ἑλλάνικος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Αἰολικῶν ἱστόρηκεν.* vbi *περὶ* ante *Αἰολικῶν* recte deleuisse videtur *Boeckhius.* De re ipsa, quod ille meminit coloniae in Lesbum deductae, hic coloniae, quam Orestes in Aeolidem deduxerit, optime exposuit *Strabo* 13, p. 582. B. Scilicet Aeolicae huius coloniae auctor fuit Orestes, non tamen eam perfecit. Sed eo in Arcadia mortuo, Penthilus, Orestis ex Erigone, quae Aegisthi filia fuit, spurius filius *), successit, et progressus est vsque in Thraciam, sexaginta annis post Ilii excidium, quo ipso tempore in Peloponnesum redierunt Heraclidae. Deinde Archelaus, Penthili filius, coloniam Aeolicam deduxit in eam regionem, quae postea Cyzicena dicta est. Denique Graus, vel potius Gras, Archelai huius filius natu minimus, progressus est ad Granicum fluuium vsque, et cum maiore exercitus parte in Lesbum traiecit. Conf. *Athenae.* 11, p. 466. C. ibique *Casaub.* et quae *Tzetzes* verbis supra adscriptis praemisit, vbi *Γρᾶς* appellatur Orestis *ἀπόγονος.* Omnino in scriptoribus est quaedam haec narrandi discrepantia. Ceterum illa ipsa duorum Scholiastarum comparatio novum argumentum praebet eorum, quae supra disputaui §. 9. Hellanicum nempe, etsi

*) vid. *Pausan.* 2, 18. p. 151. Alius est Penthilus ille, quem Smerdis interemit, auctore *Aristotele* Polit. 5, 10. Alius, qui fragm. CIII. b. inter Codri maiores numeratur.

Digitized by Google

etsi simpliciter et sine patriae nomine laudetur, semper tamen Lesbium intelligendum esse. — Huius operis, cuius partem constituisse videntur *ΛΕΣΒΙΚΑ*, nulla nominatim fragmenta laudata reperi. Sed quae cum aliqua probabilitate inde desumta videantur, infra afferenda erunt.

Η ΕΙΣ ΑΜΜΩΝΟΣ ΑΝΑΒΑΣΙΣ.

VI.

Athenaeus 14, p. 652. A. *φοίνικα τὸν καρπὸν καὶ Ἑλλάνικος κέκληκεν ἐν τῇ εἰς Ἄμμωνος ἀναβάσει, εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα.*

Scilicet *φοίνιξ* alias significat palmam arborem. Sed Hellanicus usus est eodem vocabulo de palmula fructu. Quo eodem modo *φοίνιξ* accipi debet apud *Herodot.* 4, 172. — *Vossius* de Historr. Gr. 4, 5. p. 449. putabat, hanc anabasin vel partem vel appendicem fuisse Aegyptiacorum Hellanici. Quae quidem sententia, quum Ammonii, teste *Herodoto* 2, 42. Aegyptiorum non minus quam Aethiopum coloni fuerint, et *Ἄμμοῦς* in Aegyptiorum lingua Iouem significauerit, valde probabilis esset, nisi *Athenaeus* ipse diserte addidisset verba: *εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα*, quae *Vossii* diligentiam effugerunt. — De Ioue Hammone habemus peculiarem *Aegidii Strauchii* dissertationem, Viteb. 1669. 4. editam, qua demonstrare conatur, Hammonem eundem esse quem Chamum, Noachi filium.

ΑΡΓΟΛΙΚΑ.

VII.

Schol. Homer. Il. *γ*, 75. *Ἴασος καὶ Πελασγός, Τριόπα παῖδες, τελευτήσαντος αὐτοῖς τοῦ πατρὸς, διείλοντο τὴν βασιλείαν. Λαχὼν δὲ Πελασγὸς μὲν τὰ πρὸς Ἐρασῖνον ποταμὸν, ἔκτισε Λάρισσαν· Ἴασος δὲ τὰ πρὸς Ἥλιν. Τελευτησάντων δ' αὐτῶν, (Villoison. ante νεώτατος recte inseruit ὁ) νεώτατος ἀδελφὸς Ἀγήνωρ ἐπεστράτευε (Villois.*

ἐπεστράτευσε) τῇ χώρᾳ, πολλὴν ἵππον ἐπαγόμενος. Ὅθεν ἐκλήθη Ἱππόβοτον μὲν τὸ Ἄργος, ἀπὸ τῆς Ἀγήνορος ἵππου· ἀπὸ δὲ Ἰάσου, Ἴασον· καὶ Πελασγικὸν, ἀπὸ Πελασγοῦ. Ἱστορεῖ Ἑλλάνικος ἐν Ἀργολικοῖς.

Eustath. ad eundem *Homeri* locum p. 385. Φησὶ δὲ Ἑλλάνικος, παῖδας τρεῖς Φορωνέως γενέσθαι, οἳ τοῦ πατρὸς θανόντος διενείμαντο τὴν Ἀργείαν. Καὶ ἡ μὲν πρὸς Ἐρασίνῳ, τῷ ποταμῷ, Πελασγῷ ἔλαχε, τῷ καὶ τὴν ἐκεῖ Λάρισσαν κτίσαντι· Ἰάσῳ δὲ, τὰ πρὸς Ἥλιν. Ἀγήνωρ δὲ, ἀναλωθείσης τῆς γῆς, τὴν πατρικὴν εἴληφεν ἵππον. Ὅθεν ἐν ταὐτῷ χρόνῳ ὠνομάσθη τὸ Ἄργος τριχῶς· Ἴασον, ὡς καὶ ἡ Ὀδύσσεια δηλοῖ, Πελασγικὸν, καὶ Ἱππόβοτον. Τινὲς δὲ μετὰ θάνατον τῶν δύο ἀδελφῶν, ἐπιστρατεῦσαί φασι τὸν Ἀγήνορα, πολλὴν ἐπαγόμενον ἵππον· ἀφ' ἧς κληθῆναι τὸ Ἄργος Ἱππόβοτον.

Eustathius igitur, vt *Phauorinus* in v. Ἄργος, verbis mutatis, re ipsa tamen cum Scholiasta Homerico consentit, nisi quod Hellanici nomini non addidit operis nomen. Vitiose in *Phauorini* libris scribitur Ἱππόβωτον pro Ἱππόβοτον, et Ἰάσονι pro Ἰάσῳ, sed recte articulus τὸν ponitur ante θάνατον. Paulo aliter rem narrat *Pausanias* 2, 16. p. 145. quo auctore Argus, Phoronei ex filia nepos, qui post Phoronea regnauit et regionem suo nomine appellauit, filios habuit Pirasum atque Phorbantem. Phorbantis filius fuit Triopas, Triopae Iasus atque Agenor. Iasus filiam habuit Io, quae in Aegyptum profecta est. Danaus vero, qui ante Lyncea, Abantis patrem, regnauit, postquam Gelanorem, Sthenelae filium, Crotopi, Agenoris filii, nepotem, expulerat, regno eiecit nepotes Agenoris. Tum demum Abantis filii regnum inter se diuiserunt, ita quidem, vt Acrisius Argi maneret, Proteus Heraeum et Mideam et Tiryntha et oram Argi maritimam teneret. *Pausanias* igitur ne meminit quidem Pelasgi. Sed c. 22. p. 160. vocat illum et ipsum Triopae filium. Minus cum Hellanico consentit *Charax* apud *Steph. Byz.* in v. Παῤῥασία· Πελασγὸς, inquit, Ἀρέστορος παῖς, τοῦ Ἐκβάσου (*Palmerius* in Graecia antiqua p. 48. legendum

Digitized by Google

esse dicit *Ἰάσου*, et sane ita dicitur Arestoris pater apud *Schol. Eurip.* Orest. 1646. Sed ad v. 930. in Argi filiis commemoratur *Ἔκβασος*, et *Ἴασος* demum in posteris Criasi, qui fuerit Ecbasi frater. *Pherecydes* apud *Schol. Eurip.* Phoenn. 1123. Arestorem dicit filium Phorbantis.), *τοῦ Ἄργου, μετοικήσας ἐξ Ἄργους εἰς τὴν ἀπ' ἐκείνου μὲν τότε Πελασγίαν, ὕστερον δὲ Ἀρκαδίαν κληθεῖσαν, ἐβασίλευσεν ἔτη εἰκοσιπέντε, καὶ πόλιν Παῤῥασίαν ἔκτισε.* Sed tamen in his vix maior apparet ab Hellanici narratione diuersitas, quam in iis, quae *Apollodorus* tradidit 2, 1, 2. sq. De agro Larissaeo memoranda videntur, quae *Aristides* Aegypt. T. II. p. 351. edit. *Iebb.* dixit: *τὸ περὶ Λάρισσαν πεδίον, θάλατταν εἶναι τὸ παλαιὸν, πολλὰ τεκμηριοῖ.* Sed de Larissae conditore rursus non idem sentiunt scriptores, quorum alii eam conditam tradunt ab Acrisio, Abantis ex Ocalia filio, Danaës patre. v. *Apollod.* 2, 2, 1. et infra fragm. CXVI. Poteram multo plures easque diversas diuersorum scriptorum sententias afferre. Sed hae videntur sufficere posse. Immo iam dicendum est, quid ego sentiam. Scilicet non temere spernendam puto Hellanici narrationem. Nam hoc saltem certum videtur, Argos aliquando Iason dictum fuisse. v. *Homer.* Odyss. σ, 245. ibique *Schol.* qui cum *Pausania* facit etiam hactenus, quod Iasum, Triopae filium, regnasse dicit Argis, quanquam *Castor*, eumque secutus *Eusebius*, (v. *Scaliger* thes. tempp. p. 113.) eum non agnoscunt. Cf. *Steph. Byz.* in v. *Ἄργος*, et *Schol. Eurip.* Orest. 930. Iam quum de his vera tradidisse videatur Hellanicus, quumque etiam *Pausaniam* sibi consentientem habeat de numero et nominibus filiorum Triopae, nihil obstare arbitror, quominus vniuersam eius hac de re narrationem recte sequi ac tuto possimus. Est igitur hic quoque locus in iis, qui omnium Hellanici operum desiderium in studiosissimo quoque rerum antiquissimarum excitare possint atque augere.

Digitized by Google

ΠΕΡΙ ΑΡΚΑΔΙΑΣ.

VIII.

Schol. Apollon. Rhod. 1, 162. δύο δέ εἰσι Κηφεῖς· ὁ μὲν, Ἀλεοῦ, οὗ μνημονεύει Ἀπολλώνιος· ὁ δὲ ἕτερος, οὗ μνημονεύει Ἑλλάνικος ἐν τῷ περὶ Ἀρκαδίας. De his infra dicere constitui ad *Περσικά*, fragm. LXIIII.

ΑΣΩΠΙΣ.

IX.

Marcellinus in vita Thucydidis, non procul ab initio, p. 313. edit. *Poppon.* postquam *Pherecydem* dixerat Miltiadis genus ab Aiace et Aeaco deducere, μαρτυρεῖ τούτοις, inquit, καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ἀσώπιδι.

Haec Asopis, quod libri nomen Ἀσωπὶς potius quam Ἄσωπις terminandum arbitror in nominatiuo, videtur fuisse pars *Βοιωτιακῶν*. Asopus enim erat Boeotiae fluuius, ab antiquissimo Plataeensium rege ita dictus (v. *Pausan.* 9, 1. p. 712.), Thebas praeterlabens. (v. *Strab.* 9, p. 408. D.) Vnde γῆ Ἀσωπία apud *Euripid.* Suppl. 571. est terra Thebana, et *Plinio* teste (H. N. 4, 12. s. 21.) Euboea vulgo a poetis dicitur Asopis. Thebanum vero fluuium hic intelligendum esse, quanquam *Strabo* (8, p. 382. C.) tres praeter illum Asopos commemorat, ex eo cognosci potest, quod apud *Callim.* h. in Del. 78. tarde progressus esse legitur propterea, quia Iouis fulmine tactus fuisset. Iam vero ideo tactus fuerat, quia ausus erat ipsum Iovem persequi. Iupiter enim Aeginam, Asopi filiam, raptam transtulit in insulam Oenonen, in mari Aegaeo inter Atticam et Argolidem sitam, quae inde ab illo tempore ipsa quoque Aeginae nomen accepit. (v. *Apollodor.* 3, 12, 6. et *Schol. Pind.* Isthm. 5, 44. it. *Diodor. Sic.* 4, 72. *Herodot.* 8, 46. omninoque *Car. Otfr. Mülleri* Aeginetica, Berol. 1817. 8.). Huius igitur Aeginae filius atque adeo nepos Asopi

Digitized by Google

fuit Aeacus, auus Aiacis. (v. *Apollod.* l. l.). Quod ad ipsum genus Miltiadis attinet, non idem sentiunt veteres. Cum Hellanico tamen consentit *Herodotus* 6, 35. et *Schol. Pindar.* Nem. 2, 19. a quo non solum Miltiades et Cimon, sed etiam Thucydides et Alcibiades genus ad Aiacem referre dicuntur. Vnde et *Marcellinus* l. l. et *Suidas* in v. *Θουκυδίδης* Thucydidem tradunt Miltiadis cognatum fuisse. Plura dixi in reliquiis operum *Pherecydis*, p. 84 — 86, editionis secundae.

ΑΤΘΙΣ.

X.

Dicitur hoc opus non tantum *Ἀτθίς*, verum etiam *Ἀτθίδες*, quanquam huc non retulerim *Africani* locum apud *Euseb.* praep. euang. 10, 10. p. 489. A. *ἀπὸ Ὠγύγου — μέχρι πρώτης Ὀλυμπιάδος — ἔτη συνάγεται χίλια εἴκοσι. — ταῦτα γὰρ Ἀθηναίων ἱστοροῦντες, Ἑλλάνικός τε καὶ Φιλόχορος, οἱ τὰς Ἀτθίδας* (nempe *γράψαντες*) *— ἐμνήσθησαν.* Neque *Iustini Martyris* verba, quae fragm. LXXXI. attuli, huc traxerim. Vtrobique enim pluralis numerus putari possit adhibitus esse propterea, quia duorum scriptorum *Ἀτθίδες* commemorantur. Sic *Athenaeus* 1, p. 23. C. *ἐν συμποσίοις Ξενοφῶν καὶ Πλάτων.* Sed idem numerus pluralis extat etiam apud *Harpocrationem.* Vid mox fragm. XI. A *Thucydide* 1, 97. nominatur *ἡ Ἀττικὴ ξυγγραφή.* De hoc loco dixi supra §. 4. In reliquis, vbi laudatur, locis omnibus est singularis *Ἀτθίς.* Quotnam in libros diuisum fuerit hoc opus, definiri non potest. Quatuor minimum fuisse, patebit e fragm. XXI. *Heynio* iudice (ad *Apollod.* p. 809.) Atthis fortasse fuit vna *τῶν κτίσεων* Hellanici.

XI.

Harpocration in v. *Ἐρυθραῖοι· Ἐρυθρὰ, μία τῶν ὑπὸ Νηλέως τοῦ Κόδρου κτισθεισῶν, ὥς φησιν Ἑλλάνικος ἐν Ἀτθίσιν.*

Digitized by Google

Phauorinus, qui hunc locum exscripsit, pro *Κόδρου* habet *Κενταύρου*. quod haud dubie vitiosum est. Nam vt alia argumenta mittam, etiam ab *Herodoto* 9, 96. Neleus dicitur Codri filius. Cf. *Meurs.* lectt. Att. 5, 8. T. II. Opp. p. 1211. et in *Gronov.* thes. T. V. p. 1890. Reliquorum, qui de hoc Neleo eiusque in Ioniam coloniae deductione egerunt, scriptorum locos laudauit *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Dian. 226. etiam ego in diss. de dial. Alexandr. p. 13. not. *x*. siue in libro de dialecto Maced. et Alex. p. 13. sq. not. 22. quo eodem loco tetigi inconstantiam scripturae in Nelei nomine. Non vero *Νειλεὺς* scribendum esse, sed *Νηλεὺς*, contendit etiam *Brunckius* in Lectionibus ad analecta p. 84. 97. 98. 103. it. *Eustath.* ad Odyss. *λ*, p, 1681, 55. Illud tamen hoc loco non praetermittendum est, Neleum istum a *Pausania* 4, 2. p. 283. dici filium *Κρηθέως*, nepotem Aeoli, cognomine Neptuni, sed ab *Homero* Od. *λ*, 237 — 254. Neptuni ipsius e Tyro, Crethei vxore, filium. Vnde intelligi potest locus *Schol. Apoll. Rhod.* 1, 156. *Νηλεὺς γὰρ Ποσειδῶνος*, quo eodem loco recenset duodecim Nelei e Chloride aliisque vxoribus filios, quorum nobilissimus fuit Nestor. — Pro *Ἐρυθρὰ* in *Phauorini* libris scribitur *Ἐρύθρα*. Sed fortasse verior scriptura est *Ἐρυθραί*. Ita antiquus scriptor *Herodotus* 1, 142. — Ad eandem historiam pertinet etiam locus hic:

XII.

Eustath. ad *Homer.* Odyss. *γ*, p. 1454, 30. *φασὶ καὶ τὸν Ἑλλάνικον ἱστορεῖν, ὅτι Νηλεὺς Πελίᾳ τῷ ἀδελφῷ μαχεσάμενος, ἦλθεν ἐξ Ἰωλκοῦ εἰς τὰ κατὰ Μεσσήνην, καὶ ἔκτισε Πύλον τῶν Μεσσηνίων, μοῖραν τινὰ τῆς χώρας χαρισαμένων αὐτῷ.*

Quamuis enim non additum legatur operis nomen, tamen vix puto dubium esse posse, quin recte hic locus desumtus dicatur ex Attica Hellanici historia. *Scholia in Odysseam* ad *γ*, 4. pag. 81. ed. *Buttmann.* ita habent: *Νηλεὺς γάρ, ὡς εἴρηται* (*Buttm.* recte emenda

εἴρηκεν) Ἑλλάνικος, μαχησάμενος μετὰ Πέλιον, ἐξ Ἰωλκοῦ ἦκεν εἰς Μεσήνην, καὶ τὴν Πύλον ἔκτισε, Μεσηνίων χώραν παρασχόντων. De re ipsa consentiunt *Pausanias* l. l. et *Apollodor.* 1, 9, 8. sq. *Iolcus* erat Magnesiae in Thessalia vrbs, sedes Acasti. (v. *Strab.* 9, p. 436. B. *Apollodor.* 3, 13, 2.) Acastus autem erat Peliae ex Anaxibia, Biantis, vel e Philomache, Amphionis filia, filius. v. *Apollod.* 1, 9, 10. Pylum postea euertit Hercules, et omnes Nelei filios, excepto Nestore, interfecit. v. *Homer.* Il. λ, 688 — 692. *Apollod.* 1, 9, 9. Quod vero h. l. Pylos tribuitur Messeniae, quae erat Peloponnesi regio, inter Eleam et Laconicen sita (v. *Strab.* 8, p. 358. sq.), sed apud *Homerum* passim Triphyliae in Elide, de eo exposuere *Strabo* 8, p. 339. sqq. et *Pausanias* 6, 22.

XIII.

Harpocration in v. Παναθήναια· ἦγαγε δὲ τὴν ἑορτὴν ὁ Ἐριχθόνιος, ὁ Ἡφαίστου, καθά φασιν Ἑλλάνικός τε καὶ Ἀνδροτίων, ἑκάτερος ἐν πρώτῃ Ἀτθίδος.

Scilicet hic Erichthonius erat Vulcani ex Atthide, Cranai filia, vel ex Minerua, filius, qui pulso Amphictyone Athenis regnauit. (v. *Apollod.* 3, 14, 6.) Illum eundem esse atque Erechtheum, docet *Callimachus* apud *Schol. Hom.* Il. β, 547. cf. *Meurs.* de regib. Atheniens. 2, 1. T. 1. Opp. p. 629. sqq. et in *Gronov.* thes. T. VII. p. 1058. De Panathenaeis ipsis sufficienter exposuit idem *Meursius* libro peculiari, qui insertus est ipsius Operum Tomo II. p. 549 — 596. et *Gronouii* thesauro, T. VII. p. 77 — 103. In illo libro ad hunc locum pertinet inprimis cap. 8. Cf. reliqui de festis Graecorum libri, in eodem Gronouiani thesauri tomo collecti.

XIIII.

Harpocration in v. Φορβάντειον· ἦν δὲ Ποσειδῶνος υἱὸς ὁ Φόρβας, καθά φησιν Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ τῆς Ἀτθίδος.

Digitized by Google

Diuersus igitur fuit hic Phorbas, rex Curetum, qui Euboeam habitasse dicuntur (v. *Strab.* 10, p. 465. C. et 467. B.), ab illo, quem a *Pausania* dici Argi filium, vidimus ad fragm. VII. Fortasse etiam hic Phorbas diuersus fuit ab illo Phorbante, de quo haec leguntur apud *Ovid.* met. 11, 413. sq. — „templa profanus Inuia cum Phlegyis faciebat Delphica Phorbas." quippe qui videtur fuisse Olenius. Fortasse denique diuersus ab eo, quem nonnulli, teste *Apollodoro* 2, 5, 5., dixerunt patrem illius Augeae fuisse, cuius stabulum Hercules purgauit.

XV.

Harpocration et ex eo *Phauorinus* in v. εἵλωτεύειν· Εἵλωτες (*Phav.* inserit εἰσὶν), οἱ μὴ γόνῳ (*Phav.* γνήσιοι) δοῦλοι Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οἱ πρῶτοι (*Phav.* ἀλλὰ πρῶτον) χειρωθέντες τῶν (*Phav.* τὸ) Ἕλος τὴν πόλιν οἰκούντων· ὡς ἄλλοι τε πολλοὶ μαρτυροῦσι καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῇ πρώτῃ.

Retuli hunc locum, quanquam non ipsius operis nomen adscriptum est, in numerum eorum, qui ex Atthidos libro primo desumti laudantur, quia *Harpocration* in conficiendo lexico rerum Atticarum, vel ab Atticis oratoribus commemoratarum recte putari potest, vt aliis scriptoribus Atticis, ita etiam Hellanici Attica potissimum historia, praecipue vsus esse. Accedit, quod valde probabile est, Atthidem istam Hellanici fuisse Atheniensibus notissimam, neque adeo *Harpocrationi* verendum fuit, ne forte non quilibet, qui simpliciter laudari vidisset Hellanici librum primum, cogitaret statim de Attica eius historia. Eadem est ratio fragmenti XVI. et LXXIIII. De re ipsa non est quod multis exponam, quum plurimi viri docti hoc argumentum pertractarint, v. c. *Nic. Cragius* de rep. Laced. 1, 11., *Perizon.* ad *Ael.* V. H. 3, 20. *Iul. Car. Schlaeger* diss. philol. de Helotibus, Lacedaemoniorum servis, Helmst. 1730. 4. *Capperonnier* recherches sur l'histoire et l'esclavage des Hilotes, Vol. XXIII.

Digitized by Google

des Mem. de l'acad. roy. des I. et des B. L. p. 271 — 285. Addam igitur vnum *Pausaniae* locum 3, 20. p. 261. ἐπὶ θαλάσσῃ πόλισμα Ἕλος ἦν. (cf. *Homer.* Il. β, 584.) τοῦτο ὤκισε μὲν Ἕλιος, νεωτατος τῶν Περσέως παίδων, Δωριεῖς δὲ παρεστήσαντο ὕστερον πολιορκίᾳ. καὶ πρῶτοί γε (Hinc in nostro loco confirmari potest *Harpocrationis* lectio.) ἐγένοντο οὗτοι Λακεδαιμονίων δοῦλοι τοῦ κοινοῦ, καὶ Εἵλωτες ἐκλήθησαν πρῶτοι, καθάπερ γε καὶ ἦσαν.

XVI.

Suidas: Ἄρειος πάγος· δικαστήριον Ἀθήνῃσιν. — ἐκλήθη δὲ Ἄρειος, ἐπεὶ τὰ φονικὰ δικάζει· ὁ δὲ Ἄρης ἐπὶ τῶν φόνων· ἢ ὅτι ἔπηξε τὸ δόρυ ἐκεῖ ἐν τῇ πρὸς Ποσειδῶνα ὑπὲρ Ἁλιῤῥοθίου δίκῃ, ὅτε ἀπέκτεινεν αὐτὸν, βιασάμενον Ἀλκίππην τὴν αὐτοῦ καὶ Ἀγραύλου τῆς Κέκροπος θυγατέρα, ὥς φησιν Ἑλλάνικος ἐν ά.

Hunc locum excerptum esse ex Atthide Hellanici, quum ipsum argumentum addicat, certissime mihi habeo persuasum. Idem legitur apud *Etymologum Magnum* in v. Ἄρειος πάγος, et in Συναγωγῇ λέξεων χρησίμων, in *Bekkeri* Anecdot. Graec. Vol. I. p. 444. sed paulo aliter. Nam vt omittam, quae non ad Hellanici locum pertinent, quod vterque pro ἐπὶ τῶν φόνων, h. e. *caedium quasi praeses est*, legit ἐπὶ τὸν φόνον, et praecedentia male distinxit sic: ἐπὶ (apud *Bekkerum* recte ἐπεὶ) τὰ φονικά· δικάζει δὲ ὁ Ἄρης, in quibus omnibus praeferenda videtur *Suidae* lectio, in sequentibus pleniorem et ad intelligendum faciliorem lectionem *Etymologus* exhibet, quam *Suidas*, nimirum hanc: ἔπηξε τὸ δόρυ ἐκεῖ ὁ Ἄρης, Ποσειδῶνος κατηγορήσαντος διὰ τὸν φόνον τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἁλιροθίου (Ita editur.), ὅτε ἀπέκτεινεν αὐτὸν Ἄρης, βιασάμενον Ἀλκ. τὴν θυγατέρα Ἄρεος καὶ Ἀγρ. τ. Κ. θυγατρὸς, (Ita etiam *Bekker.*) ὥς φησιν Ἑλλ. ἐν πρώτῳ. Halirrhothius ille dicitur Neptuni ex Euryte Nympha filius apud *Apollodor.* 3, 14. 2. De ipso Areopago eiusque appellationis causis aliis satis

Digitized by Google

dixerunt *Meursius* in Areopago, qui liber extat non tantum in ipsius Opp. T. II. p. 865. sqq. sed etiam apud *Gronov.* in thes. T. V. p. 2065. sqq. et *Ioh. Mich. Dilherrus* in diss. philol. de Areopago, Ien. 1640. 4.) inserta etiam dissertationum eius academicarum Tomo II, (Norimb. 1652. 4.) p. 284. sqq. Cf. *Ioh. Schedii* Areopagus, vetustissimum Athenarum et totius Graeciae tribunal, ad Act. 17, 19. Viteb. 1677, 4. reliquique interpp. ad Act. l. l. it. *de Canaye* recherches sur l'Aréopage, in Mem. de l'acad. des I. et B. L. T. VII. p. 174 — 200. *Periz.* ad *Aelian.* V. H. 5, 15. et infra fragm. LXXXXVIII.

XVII.

Harpocration: Ἀλόπη, — Κερκύονος θυγάτηρ, ἐξ ἧς καὶ Ποσειδῶνος Ἱπποθόων, ὁ τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς ἐπώνυμος, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρᾳ Ἀτθίδος.

Scilicet Antisthenes Atheniensis tribuum nomina mutauerat, earumque numerum auxerat, constituerat etiam decem phylarchos pro quatuor, et populos in totidem tribus descripserat. (v. *Herodot.* 5, 69.) In illorum igitur heroum numero, quorum nominibus appellatae sunt tribus, fuit etiam Hippothoon. Eodem modo rem narrat, ipso *Herodoto* laudato, *Pausanias* 1, 5, p. 12. sq. Cf. 1, 39. p. 94. et *Poll.* 8, 110. *Cercyon* fuit Neptuni filius, auctoribus *Choerilo* apud *Pausan.* 1, 14. p. 34. et *Gellio* N. A. 15, 21. Sed *Hyginus* eum passim vocat filium Vulcani, vt fab. 38. 158. etc.

XVIII.

Harpocration in v. *ἱεροφάντης· περὶ δὲ τοῦ γένους τῶν ἱεροφαντῶν, δεδήλωκεν Ἑλλάνικος ἐν δευτέρᾳ Ἀτθίδος.*

Quum vero nos careamus illa Hellanici de hierophantis, qui erant sacerdotum Atheniensium genus, expositione, contenti esse debemus iis, quae viri docti e variis scriptoribus hanc in rem collegerunt, v. c. *Meur-*

Digitized by Google

sius in Eleusiniis c. 18, T. II. Opp. p. 494. et apud *Gronov.* l. l. T. VII. p. 138. sq. *Elmenhorst.* et *Heraldus* ad lib. 5. *Arnobii* aduers. gentes, p. 169. et 214. ed. Lugd. Bat. 1651. 4. Memoratu dignum est, quod hierophantae, postquam in pontificatum euecti erant, vt castissime sanctissimeque sacra facerent, cicutae sorbitione castrati leguntur. v. *Hieron.* lib. I. adv. Iouin. T. II. opp. p. 38. H.

XVIIII

Harpocration: Μουνυχία, — τόπος παραθαλάσσιος ἐν τῇ Ἀττικῇ. Ἑλλάνικος δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἀτθίδος, ὠνομάσθαι φησὶν ἀπὸ Μουνύχου τινὸς, βασιλέως, τοῦ Πανταχλέους.

Eadem habet *Photius* in Lexico p. 203. et *Suidas* nisi quod hic legit *ἐν δευτέρῳ*, et *τοῦ Παντευκλέους*, quam posteriorem lectionem recte damnat *Meurs.* lectt. Att. 1, 14. T. II. Opp. p. 1044. sq. quanquam *Iac. Gronouius* annotatt. ad *Harpocrat.* l. l. legendum esse contendit *τοῦ παντευκλεοῦς*, *celeberrimi et perillustris regis.* Vberius mentem Hellanici exponit *Vlpianus* ad *Demosth.* orat. de cor. p. 73. C. ed. *Hieron. Wolf.* Bas. 1572. fol. *ἐκλήθη δὲ*, inquiens, *Μουνύχιον, ὥς φησιν ὁ Διόδωρος, παραφέρων τὰ Ἑλλανίκου, λέγων, ὡς* (Scribe *λέγοντος,*) *ὅτι Θρᾷκές ποτε στρατεύσαντες κατὰ τῶν οἰκούντων Ὀρχομενὸν τὸν Μινύειον* (Hanc enim lectionem praefero alteri *τὸν Μινναῖον*, ob locum *Thucyd.* 4, 76. vbi v. *Duker.* et *Plin.* H. N. 4, 8. s. 15.), *τῆς Βοιωτίας, ἐξέβαλλον αὐτοὺς ἐκεῖθεν. οἱ δὲ ἐξαναστάντες, ἦλθον εἰς Ἀθήνας ἐπὶ Μουνύχου βασιλέως. ὁ δὲ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς οἰκῆσαι τὸν τόπον, τὸν περὶ τὴν Μουνυχίαν. ὅστις ἐπωνομάσθη παρ' αὐτῶν εἰς τιμὴν τοῦ βασιλέως.* Erat igitur Munychia locus aliquis circa Piraeeum, in quo exstructum erat templum Dianae Munychiae, et quo fugiebant, *οἵτινες τῶν τριηραρχῶν ἠδικοῦντο, ἢ ναῦται, ἤ τινες τῶν ἐξεταζομένων ἐν Πειραιεῖ.* (v. *Vlpian.* l. l. et *Paus.* 1, 1. p. 4.) Non multum differunt, quae *Schol.*

Digitized by Google

Callimachi ad Hymn. in Dian. 259. scripsit: *Μούνυχιον ἐστὶ μέρος τοῦ Πειραιῶς, τοῦ λιμένος τῶν Ἀθηνῶν.* Conf. *Spanhem.* ad h. l. *Eustath.* ad *Homer.* Iliad. β, p. 331. ibique *Politus*, et quos in Lexico Xenophont. laudaui Vol. III. p. 175. sq. Numerabatur non minus quam Piraeeus in pagis Atticis, auctore *Strabone* 9, p. 395. C. cuius reliqua verba hic adscribere non dubitaui: *ἡ Μουνυχία*, inquit, *λόφος ἐστὶν χερρονησιάζων, καὶ κοῖλος, καὶ ὑπόνομος* (*cuniculis suffossus*) *πολὺ μέρος, φύσει τε καὶ ἐπίτηδες, ὥστ' οἰκήσεις δέχεσθαι, στομίῳ δὲ μικρῷ τὴν εἴσοδον ἔχων· ὑποπίπτουσι δ' αὐτῷ λιμένες τρεῖς. τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐτετείχιστο, καὶ συνῴκιστο ἡ Μουνυχία παραπλησίως ὥσπερ ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις, προσειληφυῖα τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ, καὶ τοὺς λιμένας πλήρεις νεωρίων, — ἄξιόν τε ἦν ναύσταθμον τετρακοσίαις ναυσίν. — τῷ δὲ τείχει τούτῳ συνῆπται τὰ καθειλκυσμένα ἐκ τοῦ ἄστεος σκέλη· ταῦτα δ' ἦν μακρὰ τείχη, τετταράκοντα σταδίων τὸ μῆκος, συνάπτοντα τὸ ἄστυ τῷ Πειραιεῖ· οἱ δὲ πολλοὶ πίλεμοι τὰ τείχος κατήρειψαν, καὶ τὸ τῆς Μουνυχίας ἔρυμα.*

XX.

Harpocration in v. *Στεφανηφόρος· Στεφανηφόρου ἡρῷον, ὡς ἔοικεν, ἦν ἐν ταῖς Ἀθήναις· εἴη δ' ἂν ὁ Στεφανηφόρος, ἤτοι τῶν Ἡρακλέους υἱέων εἷς, τῶν γενομένων ἐκ τῶν Θεστίου θυγατέρων, οὗ μνημονεύει Ἑλλάνικος ἐν δεκάτῳ Φορωνίδος, ἢ μήποτε τοῦ Ἀττικοῦ Στεφανηφόρου τὸ ἡρῷον ἦν, οὗ πάλιν ὁ αὐτὸς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρᾳ Ἀτθίδος μέμνηται.*

Suidas in h. v. et *Photius* in Lexico p. 396. eadem exhibent, sed mutata. Nam ante *Θεστ.* inserunt *τοῦ*, verba *οὗ μνημονεύει — Φορωνίδος* omittunt, atque adeo deinceps legunt simpliciter *ὥς φησιν Ἑλλάνικος ἐν β'* (*Photius* adeo *ἐν κ'*) *Ἀτθίδος*, denique pro *Ἀττικοῦ* habent *ἀστικοῦ*. Iam vero quum *Harpocrationis*, antiquioris *Suida* et *Photio*, probabiliter etiam doctioris scriptoris, auctoritas recte praeferenda videatur reliquorum testimonio, et ipsa orationis series atque concinnitas *Harpo-*

Digitized by Google

crationi fauere videatur, non est quod de hac lectionis varietate plura dicantur. Sed pro *Θεστίου* reponendum puto *Θεσπίου*, vt apud *Apollodor.* 2, 4, 10. cf. *Heyn.* p. 331. et p. 467. Vid. tamen *Muncker.* ad *Antonin. Lib.* c. 12. Scilicet Thestius ille s. Thespius, Thespiarum rex, habebat quinquaginta filias, quas omnes ex Hercule grauidas fieri iussit. Filios ex iis natos recenset *Apollodor.* 2, 7, 8. Sed in eorum numero non est Stephanephorus. Et de hoc et de altero Stephanephoro, heroe Attico, ignorantiam profitetur *Meurs.* lectt. Att. 4, 10. T. II. Opp. p. 1159. et in *Gronov.* thes. T. V. p. 1870. Obiter monere liceat, *μήποτε* et *μήποτε δὲ* dicere Graecorum grammaticos, quando nihil affirment, sed suas tantum dubitationes proponant, id quod iam *Casaubonus* obseruauit ad *Athenae.* 1, 10. p. 32, 23. Et non raro sic loquitur *Athenaeus*, vt *μήποτε* sit *videndum ne forte*, vno verbo *fortasse*. In *Scholiis Apollon. Rhod.* ita positum est semel, 4, 14. saepe vero apud *Apollonium* de Syntaxi, vt p. 246, 9. item *μήποτε γὰρ*, vt p. 278, 4. et *μήποτε δὲ*, vt p. 302, 24. Caeterum cum his Stephanephoris non confundendi sunt sacerdotes quidam Stephanephori dicti, de quibus egit *Ant. van Dale* in dissertt. ad antiquitates e marmoribus, (Amst. 1702. 4.) diss. 5. c. 1. p. 360 — 388. De aliis *Στεφανηφόροις* peculiari diatriba exposuit, quaedam etiam nugatus est, *Ioh. Henr. a Seelen*, Lubecae 1750. 4.

XXI.

Harpocrat. et ex eo *Phauorinus*: *Πηγαὶ*, — *τόπος ἐν Μεγάροις, ὡς ἐν τετάρτῃ* (*Phav. τετάρτῳ*) *τῆς Ἀτθίδος φησὶν Ἑλλάνικος.*

Πηγαὶ hoc oppidum scribitur ab Atticis, vt a *Thucydide* 1, 103. sqq., a Doribus, quales erant Megarenses (v. *Aristot.* poet. 3, 3.), *Παγαί.* Hos secutus est *Plinius* H. N. 4, 3. s. 4. extr. et 4, 7. s. 11. Omnino v. *Blanchard* recherches sur la ville de Megare en Achaïe, in

Digitized by Google

Memm. de l'acad. des I. et d. B. L. T. XVI. p. 120 — 140. De vi praepositionis *ἐν* v. ad fragm. CII.

ΑΤΛΑΝΤΙΣ.

XXII.

Schol. Eurip. ad Phoenn. 162. *Ἑλλάνικος ἐν τῇ ἐπιγραφῇ Ἀτλάντιδος, ἄρσενας δ' φησι* (nempe Niobes), *Ἀρχήνορα, Μενέστρατον, ... Ἀρχαγόραν· θυγατέρας δὲ τρεῖς, Ὠγυγίαν, Ἀστυκράτειαν . . . .*

Quum mutilus hic locus a nemine veterum laudetur, nunquam facile, nisi vbi boni codices reperti fuerint, huic malo quisquam medebitur, quanquam probabilia sunt, quae *Valckenarius* ad hunc locum p. 628. dixit. Neque vero, etiamsi lacunam illam explere possimus, omnino aliquid, quod sit operae pretium, lucrabimur. Maxima enim est sententiarum de Niobes liberorum numero diuersitas. v. *Aelian.* V. H. 12, 36. et quos laudat *Heyn.* ad *Apollod.* p. 590. Adde quae ipse dixi ad *Pherecyd.* p. 131. edit. secundae. Illud potius obseruandum est, ne hoc quidem Hellanici opus eodem modo semper a scriptoribus laudari. Hic quidem inscribi videtur *ἐπιγραφὴ Ἀτλάντιδος*. Absit vero, vt hanc putemus eius veram inscriptionem fuisse. Immo fuit *Ἀτλαντὶς*, vel certe *Ἀτλαντιὰς* (v. fragmm. seqq.), et *ἐπιγραφῇ Ἀτλάντιδος*, nisi quis forte malit *ἐπιγραφὴν* accipere pro *συγγραφῇ* vel *συγγράμματι*, mutandum est in *ἐπιγραφομένῃ Ἀτλάντιδι*. Nam sic erat fragm. IX. *ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ἀσώπιδι*, sic est apud *Athenae.* 6, p. 235. D. *ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Τετραπόλει.* p. 255. C. *ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Γεργιθίῳ*, etc. et scriptura *ἐπιγραφῇ* facile oriri potuit e lectione *ἐπιγραφομένῃ* per compendium scripta. Sed illa scriptura admissa, nasutulum aliquem propter ipsius linguae leges datiuum in genitiuum mutassse, non mirandum est. — Sero animaduerti, emendationem *ἐπιγραφομένῃ Ἀτλαντίδι* iam propositam fuisse a *Valckenario* ad *Eurip.* Phoeniss.

Digitized by Google

p. 627. Et sane παροξυτόνως scribi, Ἀτλαντίδι, melius est. Idem vir doctus proponit etiam Ἀτλαντιάδι, propter Fragmentum XXIIII. Conf. ad fragm. XXIII. Quomodo factum sit, vt de liberis Niobes Hellanicus in hoc opere exponeret, *Valckenarius* l. l. p. 628. his paucis verbis ostendit: „Atlantidum vna fuit Alcyone; huius et Neptuni filius, „Hyrieus; hic proauus Amphionis; huius e Niobe libe„ros *Hellanicus* in Atlantide recensuerat.“

XXIII.

Harpocration: Ὁμηρίδαι, — Ἑλλάνικος ἐν τῇ Ἀγλαντιάδι, ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ φησιν ὠνομάσθαι.

Hic plane non dubito, quin Ἀτλαντιάδι reponendum sit. Neque enim intelligi potest, quale probabiliter dici possit Aglantiadis argumentum fuisse, quum alterius appellationis ratio facillime pateat cuique. Nimirum vt in Deucalionia scripserat inprimis res Deucalionis, ita in Atlandide de Atlante eiusque filiabus exposuerat. Praeterea *T* et *Γ* quam facile potuerint a librariis confundi, vix opus est vt animaduertatur. Cf. *Dorvill.* ad *Charit.* 2, 2. p. 301. ed. Lips. et 1, 2. p. 220. De re ipsa quam h. l. tradidisse dicitur Hellanicus, legendus est *Strabo* 14, p. 645. C. Scilicet erat familia quaedam in Chio, posteri Homeri *), qui tanquam heredes carmina diuini poetae passim decantabant. Horum fere praecipuus fuisse dicitur Cynaethus, circa Olymp. 69. quem primum aiunt Syracusis τὰ Ὁμήρου ἔπη ῥαψῳδῆσαι, sed ita, vt Homericis versibus multos de suis intertexeret. (v. *Schol. Pindar.* ad Nem. 2, 1.) Postea, exstincta Homeridarum gente, tales carminum Homericorum decantatores dicebantur ῥαψῳδοὶ et Ὁμηρισταὶ, teste *Aristocle* apud *Athenae.* 14, p. 620, B. *Dalechampius* ad h. l. laudat peculiarem *Henr. Stepha-*

*) Χῖον ἀοιδὸν apud *Theocrit.* idyll. 7, 47. Scholiastes interpretatur τὸν ποιητὴν τὸν Χῖον, ἤτοι τὸν Ὅμηρον.

ni libellum de rhapsodis, quem miror viris doctis minus innotuisse. Ego saltem nunquam vidi. Cf. quos laudat *Bach.* ad *Xenoph.* sympos. 3, 6. et *Sigism. Frid. Dresig.* commentat. crit. de rhapsodis, Lips. 1734. 4. qui tamen non vsus esse videtur *Eberh. Baringii* commentatione de rhapsodis, Hannouerae 1645. 4. edita, quae *Kusteri* historiae Homeri criticae propemodum praeferenda est, et qua *Iul. Caes. Scaligeri* Poetices lib. 1. caput 41. illustrauit.

XXIIII.

Schol. Homer. Il. σ, 486. vbi agit de Hyadibus, Atlantis filiabus: *φησὶ δὲ καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἀτλαντιδῶν, τὰς μὲν ἐξ θεοῖς συνελθεῖν, Ταϋγέτην Διΐ, ὧν γενέσθαι Λακεδαίμονα. Μαῖαν Διΐ, ἀφ' ὧν Ἑρμῆς. Ἠλέκτραν Διΐ, ὧν Δάρδανος. Ἀλκυόνην Ποσειδῶνι, ὧν Ὑριεύς. Στερόπην Ἄρει, ὧν Οἰνόμαος. Κελαινὼ Ποσειδῶνι καὶ αὐτὴν συγγενέσθαι, ὧν Λύκος. Μερόπην δὲ Σισύφῳ θνητῷ ὄντι, ὧν Γλαῦκος, ἣν καὶ ἀμαυρὰν εἶναι. Τάδας δὲ εἰρῆσθαι, ἤτοι παρὰ τὸ σχῆμα τῆς τῶν ἀστέρων θέσεως. τῷ γὰρ ῡ στοιχείῳ παραπλήσιόν ἐστιν, ἢ ἐπεὶ ἀνατελλουσῶν καὶ δυνουσῶν ὕει ὁ Ζεύς.*

Satis docet hic locus, e pluribus libris hoc Hellanici opus compositum fuisse. Sed quotnam fuerint, ignorant omnes. Illud vero cum aliqua probabilitate dici posse videtur, Atlantidis partem fuisse librum *τῶν Τρωϊκῶν*. V. infr. fragm. LXXI. Pro *Ἀτλαντιδῶν* saltem *Ἀτλαντίδων* rescribendum esse, nemo non videt. Sed *Villoisonus* edidit *Ἀτλαντικῶν* p. 430. atque idem, Anecdotorum Graecorum Tomo II. p. 158., auctor est, in Scholiis ad *Dionysii Τέχνην*, quae Codex Marcianus 489. habet, saepe citari Hellanicum *ἐν πρώτῳ τῶν Ἀτλαντικῶν*. *Valckenario* tamen ad *Eurip.* Phoeniss. p. 628. magis placet *Ἀτλαντίδων*, quia Hellanicus in hoc opere scripserit septem filiarum Atlantis, siue Pleiadum sororum, posterorumque historiam. Conf. *Valesii* annotatt. ad

Har-

Harpocration. p. 362. edit. Lips. Sed idem *Valckenarius* l. l. et in Dissertatione de Scholiis in Homerum, quae Vol. II. Opusculorum (Lips. 1809. 8) repetita est, p. 121., in Codice Leidensi reperiri testatur *ἐν τῷ ά τῶν Ἀτλαντικῶν.* Nam *Ἀντλαντικῶν* est vitium librarii. De ipsa Atlantis filiarum historia vehementer dissentiunt veteres. Quae hic Hellanico auctore referuntur, iis similia ex *Musaeo* narrat *Scholiastes Germanici* ad v. 254. sqq. p. 65. sq. Vol. II. Arateorum edit. *Buhl.* Conf. *Heyn.* ad *Apollod.* p.681. sqq. Igitur pauca tantum afferam, d quibus alii cum Hellanico consentiunt. Sic Taygeten fuisse Lacedaemonis matrem habitam, colligi potest e *Schol. Eurip.* Orest. 625. vbi Lacedaemon montem illum Arcadiae, qui per totam Laconicam procurrit, et sub quo Sparta sita erat, appellasse dicitur *Ταΰγετον.* haud dubie in matris honorem. In Scholiis Codicis Palatini ad *Homer.* Odyss. ξ, 103. a *Creuzero* et *Buttmanno* editis (Vid. ad fragm. C.) simpliciter leguntur haec: *Ταϋγέτης τῆς Ἄτλαντος, ἧς καὶ Διὸς Λακεδαίμων.* Dardanum *Homerus* (Il. υ, 215.) facit Iouis filium, sed matris non meminit. et sic porro. In vniuersum de tota fabula Atlantica lectu digna habet *Carlo Carli in den Briefen über America, aus dem Ital. übers. von Chr. Gottfr. Hennig*, Gera 1785. 8. T. II. p. 104—106. inprimis p. 157 — 209. it. T. III. (1786.) p. 88 — 90. p. 268. 308. sq. Sed cum his Hellanici conferenda sunt *Pherecydea* p. 109. sq. edit. 2.

BAPBAPIKA NOMIMA.

Hoc opus, quod a *Suida* et *Etymol. M.* vocatur *BAPBAPIKOI NOMOI*, et quod ex *Herodoti* et *Damastis* scriptis compilatum fuisse, iam supra dictum est §. 5. Cf. infr. fragm. CVI., rectius *BAPBAPIKA NOMIMA* appellari, multorum veterum, qui similes libros scripserunt, vt Aristotelis, Nymphodori, Theodectis, exemplis docuit *Toup* Emendatt. in *Suidam* Vol. I. p. 232. sq.

Digitized by Google

edit. Oxon. 1790. 8. vbi etiam *Agathiae* ex lib. I. verba attulit: *τῆς ἱστορίας αὐτοὺς ἀπαθανατιζούσης, οὐχ οἷα τὰ ΖΑΜΟΛΞΙΔΟΣ ΝΟΜΙΜΑ, καὶ ἡ Γετικὴ παραφροσύνη.* Conf. *Schleusner.* in Curis nouissimis in *Photii* Lexicon p. 30. sq. Nam etiam *Photius* in Lexico p. 43. dicit *ΒΑΡΒΑΡΙΚΑ ΝΟΜΙΜΑ*, vt *Porphyrius* in loco supra §. 5. allato.

XXV.

Suidas et *Etymol. M.* *Ζάμολξις· — Ἕλλάνικος ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς νόμοις φησὶν, ὅτι Ἑλληνικός τις* (*Etymol.* et *Phot.* τε) *γεγονὼς τελετὰς κατέδειξε Γέταις τοῖς ἐν Θράκῃ· καὶ ἔλεγεν, ὅτι* (*Etym.* omittit.) *οὔτ' ἂν αὐτὸς ἀποθάνοι, οὔθ' οἱ μετὰ τούτου,* (Ex *Photio* legendum est *οἱ μετ' αὐτοῦ*) *ἀλλ' ἔξουσιν πάντα ἀγαθά* (*Etym. τὰ ἀγαθά*). *ἅμα δὲ ταῦτα λέγων ᾠκοδόμει οἴκημα κατάγαιον. ἔπειτα ἀφανισθεὶς αἰφνίδιον ἐκ Θρᾳκῶν ἐν τούτῳ διῃτᾶτο. οἱ δὲ Γέται ἐπόθουν αὐτόν. τετάρτῳ δὲ ἔτει πάλιν φαίνεται, καὶ οἱ Θρᾷκες αὐτῷ πάντα ἐπίστευσαν.*

Herodotus 4, 95. *ὡς δὲ ἐγὼ πυνθάνομαι τῶν τὸν Ἑλλήσποντον οἰκεόντων Ἑλλήνων, καὶ πόντον, τὸν Ζάμολξιν τοῦτον ἐόντα ἄνθρωπον, δουλεῦσαι ἐν Σάμῳ. δουλεῦσαι δὲ Πυθαγόρῃ τῷ Μνησάρχου. ἐνθεῦτεν δὲ γενόμενον ἐλεύθερον, χρήματα κτήσασθαι συχνά. κτησάμενον δὲ, ἀπελθεῖν ἐς τὴν ἑωϋτοῦ. ἅτε δὲ κακοβίων τε ἐόντων τῶν Θρηϊκων, καὶ ὑπαφρονεστέρων, τὸν Ζάμολξιν τοῦτον ἐπιστάμενον δίαιτάν τε Ἰάδα, καὶ ἤθεα βαθύτερα ἢ κατὰ Θρῆκας, οἷα Ἕλλησί τε ὁμιλήσαντα, καὶ Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀσθενεστάτῳ σοφιστῇ *) Πυθαγόρῃ, κατασκευάσασθαι ἀνδρεῶνα. ἐς τὸν, πανδοκεύοντα τῶν ἀστῶν τοὺς πρώτους, καὶ εὐωχέοντα, ἀναδιδάσκειν, ὡς οὔτε αὐτὸς, οὔτε οἱ συμπόται αὐτοῦ, οὔτε οἱ ἐκ τουτέων αἰεὶ γινόμενοι, ἀποθανέονται,*

*) *Eustath.* ad *Hom.* Il. δ, p. 479. *παρ' Ἡροδότῳ τὸ, ὁμιλήσαντα Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀσοφωτάτῳ σοφιστῇ Πυθαγόρᾳ. ἀλλὰ δηλαδὴ ἀνάπαλιν, τῷ πάνυ σοφῷ.* ad quem locum vid. *Politus* et *Salmasius*. Sed *Schaefero* ad *Dionys. Halic.* de compositione verborum p. 406. videtur apud *Herodotum* scribendum esse *οὐ τῷ ἀφανεστάτῳ*.

Digitized by Google

ἀλλ' ἥξουσιν ἐς χῶρον τοῦτον, ἵνα ἀεὶ περιεόντες, ἕξουσι τα πάντα ἀγαθά. ἐν ᾧ δὲ ἐποίεε τὰ καταλεχθέντα, καὶ ἔλεγε ταῦτα, ἐν τούτῳ κατάγαιον οἴκημα ἐποιέετο. ὡς δέ οἱ παντελέως εἶχε τὸ οἴκημα, ἐκ μὲν τῶν Θρηίκων ἠφανίσθη· καταβὰς δὲ κάτω ἐς τὸ κατάγαιον οἴκημα, διαιτᾶτο ἐπ' ἔτεα τρία. οἱ δέ μιν ἐπόθεόν τε, καὶ ἐπένθεον ὡς τεθνεῶτα. τετάρτῳ δὲ ἔτεϊ ἐφάνη τοῖσι Θρηΐξι. καὶ οὕτω πιθανά σφι ἐγένετο, τὰ ἔλεγε ὁ Ζάμολξις. Cur totum locum adscripserim, quisque intelliget e §. 5. Eadem historia extat apud *Strabon.* 7, p. 298. A. et similem de Pythagora ex *Hermippo* narrat *Diogenes Laert.* 8, 41. et *Schol. Sophocl.* ad Electr. 62. quam tamen recte fictam putat *Meiners in Gesch. der Wissenschaften* Th. I. p. 229. vt ipse *Herodotus* l. l. dubitare se ostendit de Zamolxidis historia, quem Pythagora putat antiquiorem fuisse. Ceterum nomen huius legislatoris rectius *Zalmoxis* scribi, demonstrarunt viri docti multi, inprimis e loco *Porphyrii* in vita Pythag. c. 14. vbi nominis origo deducitur ex vocabulo ζαλμὸς, quo Thraces appellabant pellem vrsinam, qualis Zalmoxidi recens nato iniecta fuisse dicitur. Alii tamen aliter. Vid. quos laudat *Ioh. Chph. Wolfius* ad *Pseudo - Origenis* Philosophumena p. 170. et *Chr. Gottl. Richterus* in specimine animaduersionum de veterib. legum latorib. ad *Fabric.* Biblioth. Graec. (Lips. 1786. 4.) p. XXIII. sq. siue in huius ipsius operis Fabriciani Vol. II. p. 14. edit. *Harles.* — Quae vis verbo κατέδειξε videatur subiecta esse, a *Creuzero* Commentatt. Herodot. P. I. p. 171. sq. ita ostenditur: „Attende ad vocem solemnem „his in rebus, κατέδειξε, quae a scenis sacris ad doctri„nam declarandam traducta est. Et reapse ad δείκελα spe„ctare illam historiam Zamolxis, nemo est qui ambigere „queat. Hoc autem vocabulo in Osiridis ritibus ferali„bus vtitur *Herodotus* II, 171. Quales ritus credibile „est ab initio in subterraneis conclauibus sepulchrorum „peractos esse. Quam late autem pateat hic vsus antro„rum sepulchralium, mysteriisque inseruientium, expo„nere longum est." Similiter *Aristides* T. I. p. 107. de

Digitized by Google

Minerua: *πρῶτον λόγους τε καὶ νόμων τάξεις καταδείξασα.* Dudum hoc ipsum docuerat *Reiskius* Animadu. ad Graecos auctores Vol. III. (Lips. 1761. 8.) p. 241. his verbis: „*καταδεικνύναι* et *καταδείκνυσθαι* est *exemplum praeire alicuius rei, legem ponere, morem aliquem in vitam immittere, auctor esse alicuius inuenti, instituti, moris, exempli.*“ in qua interpretatione patet nihil desiderari, nisi subtiliorem explicationem praepositionis *κατὰ*, quae inest in verbo composito.

ΒΟΙΩΤΙΑΚΑ.

Haec semel tantum commemorantur, et quidem ita, vt Hellanici narrationi immixta sint verba Scholiastae, qui eam seruauit, et Apollodori. Vt igitur nec discerperetur historia, et quae cuiusque essent cognosci posset, totum locum ita adscribendum putaui, vt statim notulis interiectis de cuiusque loci auctore monerem. Videtur autem hoc opus fuisse pars Phoronidis. V. infr. fragm. LXXVII.

XXVI.

Schol. Homer. Il. *β*, 494. *ἡ Βοιωτία τοπρότερον Ἀονία ἐκαλεῖτο, ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ Ἀόνων. Μετωνομάσθη δὲ Βοιωτία κατὰ μέν τινας, ἀπὸ Βοιωτοῦ, υἱοῦ Ἰτώνου, ἢ Ποσειδῶνος, (Villoison. ἀπὸ Βοιωτοῦ τοῦ Ποσειδῶνος) καὶ Ἄρνης. Ἔτι δὲ Βοιωτοὶ τιμῶσι τὸν προπάτορα αὐτὸν (Wassenbergh. αὐτῶν), Βοιωτὸν, υἱὸν Ποσειδῶνος.* (*Villois.* non habet verba *Ἔτι δὲ — Ποσειδῶνος.*) *Καθ' ἕτερους δὲ, ἀπὸ τῆς ἐλαθείσης κατὰ* (*Villois. κατὰ τὸ*) *πυθόχρηστον ὑπὸ Κάδμου βοός. Εὐρώπης γὰρ, τῆς Φοίνικος θυγατρὸς, ἐκ Σιδῶνος ὑπὸ Διὸς ἁρπαγείσης, Κάδμος ὁ ἀδελφὸς αὐτῆς, κατὰ ζήτησιν πεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ὡς οὐχ εὑρήκει* (*Villois.* εὗρεν) *αὐτὴν,* (Haec omnia videntur esse verba Scholiastae, qui narrationes Hellanici et Apollodori (3, 1, 1.) in vnam conflauerit. Quae mox sequuntur, ea fere ad verbum habet

Apollodor. 3, 4, 1. ita vt ea videri possit ex Hellanico hausisse) ἦκεν εἰς Δελφοὺς πρὸς τὸν θεόν. (*Villois.* ἦλθεν εἰς Δ. ἐρωτήσων τὸν θεόν.) Ὁ δὲ θεὸς εἶπεν αὐτῷ, περὶ μὲν Εὐρώπης μὴ πολυπραγμονεῖν, χρῆσθαι δὲ καθοδηγῷ βοΐ, καὶ πόλιν ἐκεῖ κτίζειν, ἔνθα ἂν αὐτὴ εἰς τὰ δεξιὰ πέσῃ καμοῦσα. Τοιοῦτον λαβὼν χρησμὸν, διὰ Φωκέων ἐπορεύετο. Εἶτα, βοῒ συντυχὼν παρὰ τοῖς Πελάγονος βουκολίοις, ταύτῃ πορευομένῃ κατόπιν εἵπετο. Ἡ δὲ διεξιοῦσα πᾶσαν Βοιωτίαν, οἰκήσασα ἀνεκλίθη, ἔνθα νῦν ἡ πόλις εἰσὶ Θῆβαι. Βουλόμενος δὲ Ἀθηνᾷ τὴν βοῦν καταθῦσαι, πέμπει τινὰς τῶν μεθ' ἑαυτοῦ, ληψόμενος (*Wassenb.* ληψομένους. *Villois.* πέμπει τινὰ — ληψόμενον) χέρνιβα ἀπὸ τῆς Ἀρητιάδος κρήνης. Ὁ δὲ φρουρῶν τὴν κρήνην δράκων, ὃν Ἄρεος (*Villois.* h. l. et duobus locis sequentibus edidit Ἄρεως) ἔλεγον εἶναι, τοὺς πλείονας τῶν πεμφθέντων διέφθειρεν. Ἀγανακτήσας δὲ Κάδμος, κτείνει τὸν δράκοντα· καὶ τῆς Ἀθηνᾶς αὐτῷ ὑποθεμένης, τοὺς τούτου ὀδόντας σπείρει. ἀφ' ὧν ἐγένοντο οἱ γηγενεῖς. (Hactenus Apollodori cum Hellanico consentientis verba. Quae sequuntur, solius Hellanici esse puto.) Ὀργισθέντος δὲ Ἄρεος, καὶ μέλλοντος Κάδμον ἀναιρεῖν, ἐκώλυσεν ὁ Ζεύς. καὶ Ἁρμονίαν αὐτῷ συνῴκισε, τὴν Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης. πρότερον δὲ ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀντὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ δράκοντος ἐνιαυτὸν θητεῦσαι, ἐν δὲ τῷ γάμῳ Μοῦσας ᾆσαι, καὶ τῶν θεῶν ἕκαστον Ἁρμονίᾳ δῶρον δοῦναι. Ἱστορεῖ Ἑλλάνικος ἐν Βοιωτιακοῖς, καὶ Ἀπολλόδωρος. (ἐν τῷ γ' addit *Villois.*)

Βοιωτία — Ἀονία. Scilicet antiquissimis temporibus agrum Thebanum incoluisse dicuntur Hectenes, qui pariuerint Ogygo, αὐτόχθονι. Qui quum periissent morbo pestilenti, regionem illam occuparunt Hyantes et Aones, quae videntur gentes Boeotiae, non aduenae, fuisse. Et *Erasmo* quidem auctore (Chil. 1, 10, 6.), Boeoti Ὕαντες dicti fuerunt propter ingenii crassitiem. Quod etiam versibus *Phrynichi* Tragici apud *Tzetzen* ad *Lycophr.* 433. confirmatur. Certe verbum ὑηνεῖν tale quid significat. (Vid. annotatt. ad Etymol. M. p. 1055. init.). Hyantes a Cadmo victi profugerunt. Aonas ille manere permisit

Digitized by Google

et cum Phoenicibus misceri. v. *Pausan.* 9, 5. p. 719. Cf. *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Del. 75. Ante Cadmum igitur Boeotia dicta fuisse videtur Aonia. Inde a Cadmi aetate vocabatur *Καδμηΐς*. (v. *Thucyd.* 1, 12.) Sed quum sexagesimo post captam Troiam anno Boeoti illuc immigrassent, dici coepta est Boeotia. Iam vero illo tempore, quo Cadmus Thebas venit, regnauit Athenis Amphictyon, Deucalionis filius, Itoni pater atque adeo auus Boeoti. — Boeotus enim etiam a *Pausania* 9, 1. p. 711. et 9, 34. p. 778. vocatur Itoni (apud Schol. Cod. Aug. ad *Eurip.* Phoenn. 1196. Neptuni) et nymphae Melanippes filius, et Amphictyonis nepos. Cf. *Schol. Apoll. Rhod.* 1, 551. Neque dubito quin altera genealogia Boeoti, e Neptuno et Arne, fabulosa et ex illo ipso allegoriae fonte hausta sit, e quo tot miras narrationes desumtas esse notum est. Nempe a *Thucydide* l. l. docemur, Boeotos eiectos esse a Thessalis ex oppido Arne, vbi consederant. Cf. *Zenodot.* apud *Schol. Aristoph.* nubb. 133. et *Tzetz.* ad *Lycophr.* 644. — Per annos igitur fere trecentos illa regio, quae Boeotia postea dicebatur, dicta est Cadmeis. Quae deinde sequuntur, ea fabulam sapere quiuis intelligit. Est autem in hac quoque magna diuersitas. Sic *Europam* alii dicunt Agenoris filiam e Telephassa. v. *Apollodor.* 3, 1, 1. Sed Phoenicis filia dicitur etiam apud *Homer.* Il. ξ, 321. Vxorem alii Cadmo tribuunt, non Harmoniam, sed Electram. v. *Schol. Eurip.* Phoenn. 5. 7. Etiam de ipsius Harmoniae parentibus dissentitur. v. infr. fragm. LXXI. Denique non modo Musas, sed omnes deos, in Cadmi nuptiis cecinisse tradit *Apollod.* 3, 4, 2. Sed de aliis consentire veteres reperiuntur, v. c. de quaerenda Europa et de boue, *Apollon. Rhod.* 3, 1177. sqq. de nuptiis Cadmi et Harmoniae, *Pindar.* Pyth. 3, 163. sqq. (91. sqq.) etc. Oraculum illud, quod accepisse fertur Cadmus, et alii seruarunt nobis, et *Schol. Eurip.* Phoenn. 641. ad q. l. vid. *Valckenar.* De dracone v. fragm. LXXVII.

Digitized by Google

ΔΕΥΚΑΛΙΩΝΕΙΑ.

Varia huius operis scriptura, *Δευκαλιωνία* et *Δευκαλιωνεία*, satis intelligetur e locis subiectis ipsis. Quum vero haec differentia non admodum magni momenti esse videatur, nolo te, lector, talibus minutiis remorari. Ego veram scripturam puto *Δευκαλιωνεία*, secutus *Casaubonum* in animaduu. ad *Athenae.* 10, 4. p. 710, 45. seu Vol. V. Animaduerss. p. 320. ed. *Schweighäuser.* Quot in libros descripta fuerit Deucalionia, non constat. Scimus duo saltem illius libros fuisse. *Heyn.* ad *Apollodor.* p. 89. hoc opus, ex quo Dieuchidam Megaricum suae historiae initium transtulisse supra Commentat. §. 3. dixi, putat haud dubie fuisse partem maioris operis. Quae sententia mihi valde probatur. Et mihi quidem videtur ad Phoronida pertinuisse. v. fragm. XXXVIII. coll. not. ad fragm. LXXVII. De diluuio Deucalionis peculiarem librum scripsit *Ge. Schubart*, qui prodiit Ien. 1687. 4. et in *Gronouii* thes. T. X. p. 701 — 740. in quo eodem tomo extat etiam *Octauii Falconerii* diss. de nummo Apamensi, Deucalionei diluuii typum exhibente, p. 673 — 700. Cf. *Fréret* Observatt. sur les deux déluges ou inondations d'Ogygès et de Deucalion, in Memm. de l'acad. d. Inscrr. T. XXIII. p. 129 — 148. et *Carli* lib. laud. T. II. p. 367. sqq. it. *Apollodor.* 1, 7, 2. et *Simson* chron. cathol. ad a. 2492.

XXVII.

Schol. Apollon. Rhod. 3, 1084. et *Phauorin.* in v. *Θεσσαλία*· ὅτι δὲ *Προμηθέως* υἱὸς *Δευκαλίων* ἐβασίλευσε *Θεσσαλίας*, *Ἑλλάνικος φησί*· καὶ ὅτι δώδεκα θεῶν βωμὸν ἱδρύσατο. Haec e Deucalioniae libro I petita esse docent idem *Schol.* 3, 1085. et ex eo *Phauor.* in v. *Δευκαλίων*· ὅτι δὲ καὶ ὁ *Δευκαλίων* ἐβασίλευσε *Θεσσαλίας*, *Ἑλλάνικος* ἐν τῷ πρώτῳ τῆς *Δευκαλιωνίας* φησὶν, καὶ ὅτι δώδεκα θεῶν βωμοὺς ὁ *Δευκαλίων* ἱδρύσατο, *Ἑλλάνικος* ἐν τῷ αὐτῷ φησι συγγράμματι.

In Scholiis Parisinis, quae primus edidit *Schaeferus*,

Digitized by Google

in altero loco, pro ὅτι δὲ καὶ ὁ Δευκαλίων ἐβασίλευσε Θεσσαλίας melius legitur ὅτι δὲ Δευκαλίων Θεσσαλίας ἐβασίλευσεν. Nam particula καὶ vel alieno loco posita est in Scholiis olim editis, vel omnino delenda. *Eudocia* in Violario p. 108. dedit: ὅτι δὲ ὁ Δευκαλίων ἐβασίλευσε καὶ Θεσσαλίας. Pro ὅτι δώδεκα, vt etiam *Eudocia* exhibet, rursus rectius in Codice Scholiorum Paris. legitur ὅτι τῶν δώδεκα.

Hunc Deucalionem fuisse Promethei et Pandorae filium, tradit *Hesiodus* ἐν πρώτῳ Καταλόγων apud *Schol. Apollon.* 3, 1085. Alii matrem eius nominant Asiam, alii Clymenem, alii aliter. (v. *Prid.* ad marmm. Oxon. p. 346. ed. 2. et intt. ad *Hygin.* fab. 153. et quae ipse dixi ad *Acusilai* fragm. XXXVIIII.) Quae diuersitas haud dubie ex eo exorta est, quod plures Deucaliones fuisse dicuntur, qui videntur inter se confusi fuisse. Nam *Schol. Apollon.* 3, 1086. ἔστι δὲ, inquit, καὶ ἕτερος Δευκαλίων, περὶ οὗ Ἑλλάνικος ἱστορεῖ· καὶ ἄλλος, ὁ Μίνωος, περὶ οὗ Φερεκύδης· καὶ τέταρτος, ὁ Ἄβαντος, οὗ μνημονεύει Ἀριστιππος ἐν Ἀρκαδικοῖς: et *Lucian.* de dea Syria T. II. p. 660. siue T. III. p. 457. sq. meminit Deucalionis alicuius, cuius temporibus factum sit diluvium illud, gente Scythae, qui fortasse putari debet Graeco antiquior. Eodem modo dissentire veteres reperiuntur de duodecim diis, quorum, vt hoc obiter obseruem, etiam *Xen.* meminit *Inp.* 3, 2. e quo loco discimus, choros in eorum honorem actos fuisse in Bacchanalibus. *Schol. Apollon.* 2, 534. ita eos recenset: Ζεὺς, Ἥρα, Ποσειδῶν, Δημήτηρ, Ἑρμῆς, Ἥφαιστος, Ἀπόλλων, Ἄρτεμις, Ἑστία, Ἄρης, Ἀφροδίτη, καὶ Ἀθηνᾶ. Iidem comprehensi sunt versiculis illis *Ennianis* apud *Apulei.* de deo Socr. p. 42. ed. *Elmenh.*

Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Ioui, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Sed *Herodorus* apud *Schol. Pindari* ad Ol. 5, 10. (quo loco, vt 10, 58. sq. et apud *Apollodor.* 2, 7, 2. etiam Hercules duodecim diis aras consecrasse legitur,) non ha-

Digitized by Google

bet *Vestam*, *Cererem*, *Martem*, *Vulcanum* et *Venerem*, et in horum locum substituit *Gratias*, *Bacchum*, *Alpheum*, *Saturnum*, *Rheam*. *Apollodorus* 3, 14, 1. collata sectione 2. duodecim deos distinguere videtur ab Ioue, Minerua, Neptuno. Similiter *Plato* in Phaedro T. III. Opp. p. 246. E. cuius verba etiam alia de causa adscripsi, Iouem et Vestam a duodecim diis quodammodo distinguit: *ὁ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεύς, — πρῶτος πορεύεται, διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος· τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν τε καὶ δαιμόνων, κατὰ ἕνδεκα μέρη κεκοσμημένη. μένει γὰρ Ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη· τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι ἐν τῷ τῶν δώδεκα ἀριθμῷ τεταγμένοι θεοὶ ἄρχοντες, ἡγοῦνται κατὰ τάξιν ἣν ἕκαστος ἐτάχθη.* Conf. *Lud. Viues* ad *Augustin.* de Civ. Dei 4, 23. *Herodoto* auctore (2, 43.), etiam Hercules in duodecim deorum numero habitus est, apud Aegyptios quidem, qui primariis suis octo diis, inde ab antiquissima aetate cultis, postea quatuor addiderunt, in his Herculem, quem tamen recte diuersum putat *Herodotus* ab Hercule Graecorum. v. *Iablonski* prolegom. ad Panth. Aegypt. p. 64. sqq.

XXVIII.

Athenaeus 10, p. 416. A. *Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ Δευκαλιωνείας Ἐρυσίχθονα φησὶ τὸν Μυρμιδόνος, ὅτι ἦν ἄπληστος βορᾶς, Αἴθωνα κληθῆναι.*

Non confundendus est hic Erysichthon cum alio Erysichthone, Cecropis ex Agraulo filio, qui sine liberis obiit. (v. *Apollodor.* 3, 14, 2.) Noster Erysichthon habuit filiam, quae Autolyco, Mercurii filio, nupsit (v. *Ovid.* met. 8, 738.): quae an fuerit Metra illa, cuius meminit *Palaephatus* c. 24., equidem non definiuerim. Sed de ipsius Erysichthonis patre rursus controuersia est. Alii enim, vt *Callim.* h. in Cer. 24. et *Ovid.* met. 8, 751., Erysichthonem non Myrmidonis filium dicunt, sed Triopae. Scilicet fuit fortasse Triopas filius Myrmidonis illius quem *Apollodorus* 1, 7, 3. duxisse dicit Pisidicen, Aeoli Hellenis filii filiam. Certe in inscript. *Herodis Attici*

Digitized by Google

v. 36. (in *Brunck.* anall. Vol. II. p. 301.) dicitur *Τριοπεω μένος Αἰολίδαο.* Fuerit igitur Erysichthon Myrmidonis nepos. Quanquam enim non ignoro, Triopam dici Abantis filium ab *Iasone* apud *Schol. Theocr.* 17, 69. Phorbantis a *Pausania* et *Schol. Eurip.* locis ad fragm. VII. laudatis, Piranthi ab *Hygino* fab. 145. Neptuni e Canace Aeoli filia a *Callimacho* l. l. v. 100. et *Apollod.* 1, 7, 4. denique ab aliis Solis et Rhodi, ab aliis Apollinis, Lapithae filii, et Stilbes, filiae Penei (v. *Diodor. Sic.* 5, 61.): tamen, quum etiam apud *Hygin.* poet. astron. 2, 14. in Triopae familia commemoretur Myrmidonis filia, e qua Triopas Phorbantem susceperit, idem vero *Hyginus* diserte ab hoc Triopa distinguat Triopam, Thessalorum regem: quid impedit, quo minus hos Triopas a plurimis scriptoribus confusos fuisse dicamus, atque adeo in eorum et parentibus et filiis variatum? Hoc igitur certum puto, non Myrmidonem a quoquam confundi aut cum Erysicthone aut cum Triopa, sed Erysichthonem tantum Myrmidonis vel filium vel nepotem putatum esse. Similiter auctore *Scholiasta Apollon.* 3, 1093. Minyas, Orchomeni conditor, ab *Apollonio* vocatur *Αἰολίδης, ὅτι Σίσυφος Αἰόλου ἐγένετο.* Et tamen Chrysogone, Minyae mater, erat filia Almi, qui patrem habuit Sisyphum. De qua filiorum et nepotum confusione saepe dixi ad *Pherecydem*, vt p. 79. 106. 155. 162. 196. 206. edit. secundae. Erat autem Erysichthon non *ἄπληστος βορᾶς* natus, sed, vt *Ovid.* et *Callim.* ll. ll. narrant, poenae loco a Cerere acceperat insignem illam edacitatem*), quia in nemore ipsi sacro quercum succiderat. Hoc ipsum vero scelus eiusque poenam alii tribuunt Triopae, vt *Herodes Atticus*, *Hyginus* et *Diodorus* ll. ll. E quo rursus patet istorum Myrmidonidum inter se permutatio. (Cf. *Pausan.* 10, 11. p. 823. et *Ioh. Aug. Ernesti* progr. quo instituitur Erisichthonis

*) quae tanta fuit, vt prouerbio originem dederit. Certe sic accipere licet verba *Agathiae* in *Brunckii* Analectt. Vol. III. p. 61. nr. LXXIV.

— *ἀεὶ βούβρωστιν ἔχεις Ἐρυσίχθονος αὐτοῦ.*

Callimachii et Ouidiani comparatio, Lips. 1756. 4. insertum etiam Tomo I. *Callimachi* ab ipso editi, p. 262—265.) Quod ad cognomen illud *Αἴθωνος* attinet, ego quidem puto genuinum esse. Nam etsi *Erasmus* adagg. 4, 4, 39. legit *Ἄθωνα*, et ita quidem, ut iungat *βορᾶς Ἄθωνα*, voracitatis Athonem, etsi item fateor, dici sic potuisse: tamen, quia in plurimis veterum locis, a *Scheffero* ad *Aelian.* V. H. 1, 27. et *Spanhemio* ad *Callim.* l. l. v. 67. collectis, vbi res eadem narratur, *Αἴθων* dicitur, et commode hoc nomen eodem modo significare potest hominem voracissimum, vt nos dicimus *heisshungrig*, nolim a recepta scriptura recedere. Sic ab *Apollon. Rhod.* 1, 1245. Polyphemus dicitur *λιμῷ αἰθόμενος*. Et poeta anonymus apud *Tzetzen* ad *Lycophr.* 417. atque inde in *Brunckii* Analectt. Vol. III. p. 180. epigr. CLV. memorat *λιμὸν αἴθωνα*. *Erasmi* emendationem etiam alii viri docti reiecerunt, vt *Leopardus* emendatt. 13, 19. et *Reinesius* V. L. 3, 2. p. 370.

XXIX

Steph. Byzant. Ἀγάθεια, πόλις Φωκίδος, ὡς Ἑλλάνικος πρώτῳ Δευκαλιωνείας.

De hoc oppido nihil praeterea mihi innotuit.

XXX.

Steph. Byz. Ἅλπωνος, πόλις καὶ ὄρος ἐν Μακεδονίᾳ. — ἔστι καὶ ἄλλη Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Δευκαλιωνίας.

Haec Locrorum Epicnemidiorum vrbs est haud dubie eadem, quae apud *Herodot.* 7, 216. dicitur *Ἀλπηνὸς, πρώτη ἐοῦσα τῶν Λοκρίδων πρὸς Μηλιέων.*

XXXI.

Steph. Byz. Ἄσπενδος, πόλις Παμφυλίας, Ἀσπένδου κτίσμα, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ Δευκαλιωνίας.

Strabo 14, p. 667. D. hanc vrbem, quae sita erat ad Eurymedontem, vocat *Ἀργείων κτίσμα*. Aspendus

igitur ille, cuius meminit Hellanicus, videtur homo Argiuus fuisse. De citharoedorum Aspendiorum in pulsanda cithara artificio, et proverbio inde orto, vid. *Ascon. Pedian.* ad *Cic.* Verr. lib. 1, 20. Cf. *Erasm.* adagg. 2, 1, 80.

XXXII.

Steph. Byz. Θηγώνιον, πόλις Θεσσαλίας· Ἑλλάνικος πρώτῃ Δευκαλιωνείας.

XXXIII.

Steph. Byz. Καλλίαρος, πόλις Λοκρῶν, ἀπὸ Καλλιάρου, τοῦ Ὀδοιδόκου καὶ Λαονόμης, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Δευκαλιωνείας.

XXXIIII.

Steph. Byz. Λακέρεια, πόλις Μαγνησίας· Ἑλλάνικος Δευκαλιωνείας πρώτῳ v. *Holsten.* ad h. l.

XXXV.

Steph. Byz. Μισγομεναί, πόλις Θετταλίας· Ἑλλάνικος πρώτῳ Δευκαλιωνείας.

XXXVI.

Steph. Byz. Φημίαι, πόλις τῆς Ἀρναλας, ἀπὸ Φημίου, τοῦ Ἄμπυκος. Ἑλλάνικος πρώτῃ Δευκαλιωνείας.

Ἀρναία est haud dubie illa Thessaliae regio, in qua situm erat oppidum Arne, de quo v. ad fragm. XXVI. *Phemius* iste an idem sit atque is, qui Homerum dicitur musicen docuisse, (v. *Eustath.* ad Odyss. α, p. 1404, 16.) et qui Ithacensis ac rhapsodus dicitur apud *Plat.* Ion. T. I. p. 533. B. et apud *Plutarch.* de musica, T. II. opp. p. 1132. B. vbi *Heraclides* refert, Φήμιον Ἰθακήσιον νόστον τῶν ἀπὸ Τροίας μετ' Ἀγαμέμνονος ἀνακομισθέντων ποιῆσαι, equidem ignoro. Saltem a nullo horum scriptorum commemoratur eius parens.

Digitized by Google

XXXVII.

Steph. Byz. *Μιδάειον, πόλις Φρυγίας· Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Δευκαλιωνείας.*

In hoc oppido, quod alii *Μιδάϊον* scribunt, alii aliter, (v. *Cellar.* notit. orb. ant. T. II. p. 145.) Sext. Pompeius, Magni filius, postquam ob Octaviano fugatus erat, a Titio et Furnio, Antonii ducibus, captus et tandem iussu Antonii occissus est, teste *Dione Cassio* 49, 18. Sed vide, quae ad h. l. annotauit *Fabricius* Vol. V. (Annotationum Vol. I.) p. 591. edit. meae.

XXXVIII.

Steph. Byz. *Σάλμος, πόλις Βοιωτίας, ἧς οἱ πολῖται Σαλμόνιοι, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Δευκαλιωνίας.*

De hoc loco iam supra quaedam dixi §. 6. Cf. *Berckel.* ad v. *Ἀχχηνοὶ* et *Ὄλμωνες.*

ΔΙΟΣ ΠΟΛΥΤΥΧΙΑ.

XXXVIIII.

Fulgentius mytholog. 1, 2. p. 36. ed. *Muncker.* „Theopompus in Cypriaco carmine, et Hellanicus in Dios polytychia, quam descripsit, ait Iunonem ab Ioue vinctam catenis aureis, et degrauatam incudibus ferreis.“

Videtur metricum fuisse hoc opus. — *Vossius* de Historr. Grr. 4, 5. p. 450. legendum coniicit *πολυτοκία* vel *πολυτεκνία*. Sed non video, cur non *πολυτυχία*, ad analogiam nominis *εὐτυχία* et similium, dici recte potuerit de varia et multiplici fortuna, ita vt hoc raro et exquisito vocabulo indicaretur historia s. carmen de Ioue, ratione inprimis habita variarum fortunae vicissitudinum, quibus obnoxius fuit. Quae quidem res ampliorem fingendi scribendique materiam suppeditauerint necesse est, quam sola liberorum multitudo. Sin autem haec ratio cuipiam displicet, videat ille an magis probanda videatur *πολυπτυχία*, vt multiplex ac tortuosum Iouis ingenium

Digitized by Google

dicatur ab Hellanico descriptum fuisse. — Ad rem ipsam cf. *Homer.* Il. o, 18. sqq. et *Probus* ad *Virgil.* ecl. 6, 31.

ΠΕΡΙ ΕΘΝΩΝ.

XXXX.

Schol. Apollon. Rhod. 4, 322. *Ἑλλάνικος ἐν τῷ περὶ ἐθνῶν φησι· Βόσπορον δὲ πλεύσαντι Σινδοί· ἄνω δὲ τούτων Μαλιῶται Σκύθαι.*

Bosporus intelligitur Cimmerius, vbi Maeotis palus in Pontum effluit. v. *Strab.* 2, p. 125. C. De Bospori etymo late disseruit *Schol. Apollon.* 2, 168. Quum igitur *Sindi* regionem circa Maeotidem incoluerint, (cf. *Mela* 1, 19.) et *Strabone* teste 11, p. 495. B. ipsi constituerint partem Maeotarum: plane non dubito, quin in nostro loco, eiecta littera $\bar{\lambda}$, legendum sit *Μαιῶται.* Atque sic diserte exhibent Scholia Parisina, e quibus etiam *διαπλεύσαντι* malim pro *δὲ πλεύσαντι*, nec minus *τούτων δὲ ἀνωτέρω* pro *ἄνω δὲ τούτων.*

ΕΘΝΩΝ ΟΝΟΜΑΣΙΑΙ.

XXXXI.

Athenaeus 11, p. 462. B. *οἶδα δὲ καὶ Ἑλλάνικον ἐν ἐθνῶν ὀνομασίαις λέγοντα, ὅτι Λιβύων τῶν Νομάδων τινὲς οὐδὲν ἄλλο κέκτηνται, ἢ κύλικα καὶ μάχαιραν καὶ ὑδρείαν. καὶ ὅτι οἰκίας ἔχουσιν ἐξ ἀνθερίκου πεποιημένας μικρὰς ὅσον σκιᾶς ἕνεκα, ἃς καὶ περιφέρουσιν, ὅπου ἂν πορεύωνται.*

Num diuersum fuerit hoc opus a praecedenti, nescimus. Mihi tamen non videtur. Certe vel ex hoc ipso loco apparet, non in eo, quod quidem ex inscriptione colligere quis possit, nuda gentium nomina recensita fuisse. Ceterum fere eadem narrat *Herodotus* 4, 190. *οἰκήματα δὲ σύμπηκτα ἐξ ἀνθερίκων ἐνερμένων περὶ σχοίνους ἐστί. καὶ ταῦτα περιφορητά.* Non igitur sine causa *Valckenar.* ad hunc *Herodoti* locum, Hellanicum suspicatur narrationem

Digitized by Google

suam ex Herodoto sumsisse. Eadem mea suspicio fuerat. v. supr. §. 5. De vocabulo ἀνθέρικος, quod significat genus plantae, quae latine *albucum* vel *hastula regia* dicitur, multa disputauit *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Del. 193. nec Hellanici loco neglecto. it. *Foes.* oecon. Hippocr. in h. v. et, quem *Valckenar.* conferri iubet, *Lamb. Bos* Obs. crit. p. 40. *Theophrasti* descriptionem exhibet *Schol. Theocr.* 1, 52. Γλυκὺς vocatur ὁ ἀνθέρικος in *Plutarchi* conuiuio septem sapientum, c. 14. T. II. Opp. p. 157. F. — Verba *Athenai* supra allata habet etiam *Eustathius* ad *Homer.* Iliad. v. 6. p. 916, 50.

ΘΕΤΤΑΛΙΚΑ.

XXXXII.

Harpocration in v. τετραρχία· τεττάρων μερῶν ὄντων τῆς Θετταλίας, ἕκαστον μέρος Τετρὰς ἐκαλεῖτο, καθά φησιν Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Θετταλικοῖς· ὄνομα δέ φησιν εἶναι ταῖς τετράσι Θετταλιῶτιν, Φθιῶτιν, Πελασγιῶτιν, Ἑστιαιῶτιν.

De tetrarchiis istis Thessalicis cf. *Strab.* 9, p. 430. B. Omnino vero v. *Salmas.* ad *Solin.* p. 576. et 877. et *Deyling.* Obs. sacr. 2, 26. p. 255. sqq. ed. Lips. 1711. 4. — Opus Θετταλικῶν fuit fortasse pars Deucalioniae.

ΙΕΡΕΙΑΙ ΤΗΣ ΗΡΑΣ.

Ita sine vlla dubitatione scribendum est: ἱέρειαι, *sacerdotes*, non ἱερεῖα, quanquam fere semper hoc in libris veterum legitur. Dixit pauca quaedam hanc in rem *Berckel.* ad *Steph. Byz.* in v. Νισαία. Sic apud *Lysiam* orat. contr. Andocid. p. 252. extr. edit. *Reisk.* ἱερεῖα olim legebatur, donec *Taylorus* vidit, ἱέρειαι esse reponendum. Non tamen, vt e fragmentis a *Stephano* seruatis intelligi poterit, satis vbique sibi constitisse reperitur *Berkelius.* Scilicet, vt rem paucis exponam, in narrandis rebus antiquissimis, quales sunt res Argiuo-

Digitized by Google

rum, quum nondum numerari possent anni secundum Olympiadas, vel saltem illa computandi ratio nondum satis recepta et vsitata esset, computatio fieri solebat secundum τὰς sacerdotes Iunonis Arginae, eamque rationem non solum Argiui sequebantur, quod tradit *Schol. Thucyd.* 2, 2. sed etiam alii scriptores, v. c. ipse *Thucydides* l. l. in rebus recentioris aetatis, maximeque Hellanicus, qui in hoc opere et catalogum sacerdotum istarum videtur texuisse, quod etiam alios fecisse scimus, vt *Heraclidem* ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ, (v. *Plutarch.* de musica, T. II. opp. p. 1131. sq.) et quae sub cuiusque sacerdotio gesta essent memoratu digna, narrasse. Prima Iunonis Argivae sacerdos fuisse dicitur Callithyia s. Callithoë, Pirantis s. Piranthi, Argi filii, filia, vno fere seculo vetustior Cecrope. (v. *Euseb.* chron. p. 105. ed. *Scalig.*) Eadem dicitur Io, quod iam *Scaliger* obseruauit ad *Euseb.* n. 376. p. 24. Conf. *Palaephat.* c. 43. Eodem Iunonis sacerdotio functa dicitur Hypermnestra, Danai filia, apud *Euseb.* p. 115. n. 582. Tertia ante bellum Troianum aetate sacerdotio illo fungebatur Alcyone s. Alcinoë, (v. fragm. CXXIIII.) tempore excidii Troiani Callisto (v. ad fragm. CXXXXIII.), Croesi aetate Cydippe (v. quos laudat *Fischerus* ad *Aeschinis* Dialog. 3, 10. p. 136. sq.), initio belli Peloponnesiaci Chrysis. (v. *Thucyd.* l. l.) Has sacerdotes Argiuas, quae proprio nomine Ἡρεσίδες appellabantur, teste *Etymol. M.* in h. v., primus cum Olympicis victoribus contulisse legitur *Timaeus* Tauromenites Siculus (v. *Polyb.* in excerptis Vales. p. 50. siue 12, 12, 1. Tom. III. p. 404. edit. *Schweighäuser.*) qui vixit Ptolemaei Philadelphi temporibus, et quem *Cicero* de Or. 2, 14. vocat longe eruditissimum, et rerum copia et sententiarum varietate abundantissimum, et ipsa compositione verborum non impolitum, qui magnam eloquentiam ad scribendum attulerit. Ceterum ex eo, quod Callithoe fuit e Phoronei posteris, colligi non improbabiliter potest,

opus

Digitized by Google

opus illud, de quo nunc agimus, fuisse partem Phoronidis.

XXXXIII.

Steph. Byz. Σίπυλος, πόλις Φρυγίας· Ἑλλάνικος Ἱερειῶν πρώτῳ.

Huius oppidi meminit etiam *Plin.* H. N. 5, 29. s. 31. idque antea Tantalin vocatum esse auctor est. De monte Sipylo v. fragm. CXXXI.

XXXXIIII.

Steph. Byz. Φαίαξ, καὶ Φαιακία, ἀπὸ Φαίακος. Ἑλλάνικος Ἱερείων (hic enim editor non mutauit accentum) ά:

Φαίαξ ὁ Ποσειδῶνος, καὶ Κερκύρας τῆς Ἀσωπίδος, ἀφ' ἧς ἡ νῆσος Κέρκυρα ἐκλήθη, τὸ πρὶν Δρεπάνη τε καὶ Σχερία κληθεῖσα.

Bene obseruauit *Holsten.* ad h. l., Phaeacem Neptuni filium creditum fuisse ideo, quod Phaeaces, Corcyrae incolae, re nauali olim excelluerint. v. *Thucyd.* 1, 25. Sed easdem has insulae Corcyrae varias appellationes e fabulis repetit *Schol. Apoll. Rhod.* 4, 983. Omnino v. *Eustath.* ad *Homer.* Od. ε, p. 1521, 29. et ad *Dionys. Perieg.* 494. it. Cardin. *Quirini* primordia Corcyrae, Brix. 1738. 4.

XXXXV.

Constantin. Porphyrog. themm. 2, 2. p. 84. ed. *Meurs.* Lugd. Bat. 1617. 8. Μακεδονία ἡ χώρα ὠνομάσθη — ἀπὸ Μακεδόνος τοῦ Αἰόλου, ὡς Ἑλλάνικος Ἱερίων πρώτῃ τῶν ἐν Ἄργει·

καὶ Μακεδόνος Αἰόλου, οὗ τοι τῦν Μακεδόνες καλοῦνται, μόνοι μετὰ Μυσῶν τότε οἰκοῦντες.

Ἱερίων h. l. per librarii negligentiam scriptum esse, facile patet e fr. L. Sed per se possit ferri (v. *Schol. Eurip.* Orest. 261.), modo mutetur accentus. Aeolum puto hic intelligendum esse Hellenis filium, quanquam *Apollo-*

Digitized by Google

dor 1, 7, 3. in eius filiorum numero non habet Macedonem. Certe *Hesiodus* in loco, qui nondum inter eius Fragmenta relatus, sed ab eodem *Constantino* allatus est, vocat Macedonem filium Iouis et Thyiae, Deucalionis filiae. Verba *Hesiodi* sunt:

Ἡ δ' (scilicet Thyia) ὑποκυσσαμένη Διῒ γείνατο τερπικεραύνῳ
Υἱὲ δύο, Μάγνητα, Μακεδόνα θ' ἱπποχάρμην,
Οἳ περὶ Πιερίην, καὶ Ὄλυμπον, δώματ' ἔναιον.

Vnde saltem apparet, Macedonem relatum fuisse ad stirpem Deucalionis, cuius Aeolus nepos fuit. Recte igitur *Isidorus* origg. 14, 4. in *Gothofr.* auctt. L. L. p. 1169, 13. Macedoniam dicit nomen accepisse ab Macedone, Deucalionis materno nepote. In *Meursii* Opp. Vol. VI. p. 1453. καὶ ante Μακεδόνος Αἰόλου deest, atque mox νῦν legitur pro τονῦν. Sed pro οὗ mallem ἀφ' οὗ.

XXXXVI.

Steph. Byz. Νισαία, ἐπίνειον Μεγαρίδος, καὶ αὕτη ἡ Μεγαρὶς, ἀπὸ Νίσου τοῦ Πανδίονος· Ἑλλάνικος ἐν Ἱερειῶν πρώτῳ. καὶ ἐν δευτέρῳ· Καὶ Νισαίαν εἶλε, καὶ Νίσον τὸν Πανδίονος, καὶ Μεγαρέα τὸν Ὀγχήστιον.

Holstenii coniecturam, qui pro αὕτη legendum putabat αὐτὴ, eamque in rem laudabat *Schol. Theocrit.* 12, 27. confirmat et res ipsa, et locus *Suidae* hic: Νισσαία (ita enim editur)· τῆς Μεγαρίδος νεώριον. Νισσαία δὲ ἐκαλεῖτο καὶ αὐτὴ ἡ Μεγαρὶς ὅλη, ἀπὸ Ν. τ. Π. Ἑλλάνικος· Νισσαιάν θ' εἶλε, καὶ — Ὀγχήστιον. Habemus hic novum exemplum eorum, quae dixi §. 9. Cf. ad fragm. V. *Suidas* enim non solum patriae Hellanici nullam hoc loco mentionem fecit, sed etiam e quo potissimum eius libro petita essent, quae Hellanici esse retulit, annotare neglexit. Rem ipsam praeclare e veteribus scriptoribus illustrauit *Holsten.* Scilicet Nisus fuit rex Megaridis, e quo Megaris nomen Nisaeae accepit. Duxit ille vxorem ex Boeotia Abrotam, Onchesti filiam, Megarei sororem.

Digitized by Google

XXXXVII.

Steph. Byz. Φρίκιον, ὄρος ὑπὲρ Θερμοπυλῶν Λοκρικὸν, ἀφ' οὗ Φρίκανες καὶ Φρικανεῖς οἱ αὐτόθι οἰκήσαντες Αἰολεῖς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν Ἱερείων Ἥρας β'.

Rursus legendum est Ἱερειῶν, vt in sequentibus fragmentis.

XXXXVIII.

Steph. Byz. Χαιρώνεια, πόλις πρὸς τοῖς ὅροις Φωκίδος, — τὸ πρῶτον κέκληται ἀπὸ Χαίρωνος. — Τοῦτον δὲ μυθολογοῦσιν Ἀπόλλωνος καὶ Θηροῦς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Ἱερείων Ἥρας.

Ἀθηναῖοι καὶ μετ' αὐτοὺς ἐπὶ τοὺς Ὀρχομενίζοντας τῶν Βοιωτῶν, ἐπὶ Ὀρχομενοῖς καὶ Χαιρώνειαν πόλιν Ὀρχομενῶν εἷλον.

Mirum est, Hellanicum dici Chaeronem facere cum aliis (v. *Pausan.* 9, 40. p. 793.) Apollinis et Therus filium, quum in ipsis eius verbis nihil tale reperiatur. Fortasse tamen *Stephanus* voluit tantum indicare locum, vbi de ea re exposuerit Hellanicus, nisi quis dicere malit, verba quae huc pertineant, excidisse. Quod ad rem ipsam attinet, Chaeroneam Orchomeno tribuit etiam *Thucydides* 4, 75. et Orchomenus h. l. intelligi debet Boeotiae oppidum, cui Minyae imperarunt, et cui inde mansit cognomen *Μινύειος*. v. *Pausan.* 9, 36. p. 783. et supr. fragm. XVIIII. it. *Schol. Apollon. Rhod.* 1, 230. 3, 1093. Hoc enim cognomine distinguebatur ab alia Orchomeno in Arcadia sita, de qua v. *Duris* apud *Schol. Apollon.* 4, 264. et ab alia in Phthiotide, quo referendus est locus *Schol. Apollon. Rhod.* 3, 265. Ἑλλάνικός φησι τὸν Ἀθάμαντα Ὀρχομενὸν ᾠκηκέναι. Athamas enim, Aeoli filius ex Enareta, Deimachi filia, (v. *Apollod.* 1, 7, 3.) primo regnauit in Boeotia, postea inde pulsus ab oraculo iussus est eum locum habitare, in quo a feris hospitio exciperetur: quod quidem factum est in Phthiotide. v. *Apollod.* 1, 9, 1. sq. et *van Staveren* ad *Hygin.* fab. 1. Cf.

Apollon. Rhod. 2, 515. Ceterum in loco Hellanici, post Βοιωτῶν, inserendum est *lόντες*, vel simile participium.

XXXXVIIII.

Steph. Byz. Χαλκὶς, πόλις Εὐβοίας. — Ἑλλάνικος ἱερείων Ἥρας δευτέρῳ·

Θεοκλῆς ἐκ Χαλκίδος μετὰ Χαλκιδέων καὶ Ναξίων ἐν Σικελίᾳ πόλεις ἔκτισε.

Lectionem *καὶ Ναξ. — πόλεις* optime *Holsten.* defendit contra *Cluuerum*, qui legendum dicebat *τὴν Ναξ. — πόλιν*. In loco illo *Thucydidis* 6, 3. quem attulit *Holstenius*, Theocles dicitur contracte Θουκλῆς.

L.

Constantin. Porphyrog. themm. 2, 10. p. 102. s. Vol. VI. Opp. *Meursii* p. 1464. *ὁ γραμματικὸς Στέφανος γράφει· Σικελία ἡ νῆσος Σικανία πρότερον ὠνομάζετο. εἶτα Σικελία ἐκλήθη, ὡς φησιν Ἑλλάνικος, ἱερείων τῆς Ἥρας β'.*

Hac de re v. *Casaub.* ad *Athenae.* 2, 5. p. 87, 60. (T. I. Animaduerss. p. 303. ed. *Schweighäuser.*) *Plin.* H. N. 3, 8. s. 14. *Serv.* ad *Virgil.* Aen. 8, 328. etc. Cf. infr. fragm. CXXIIII.

LI.

Steph. Byz. Χαονία, μέση τῆς Ἠπείρου. — Ἑλλάνικος ἱερείων Ἥρας τρίτῳ·

Ἀμβρακιῶται, καὶ οἱ μετ' αὐτῶν Χάονες, καὶ Ἠπειρῶται.

Cf. *Plin.* H. N. 4, 1. De Ambracia, Thesprotiae, quae Chaoniae confinis erat, oppido, v. interpp. ad *Steph. Byz.* in v. *Ἀμβρακία.*

ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

De hoc opere supra dixi §. 9. et de ipso loco *Athenaei*, in quo laudatur, §. 4. Scilicet verba sunt haec:

Digitized by Google

LII.

Athenae. 9, p. 410. F. τὸν δὲ τῷ χερνίβῳ ῥάναντα παῖδα, διδόντα κατὰ χειρὸς Ἡρακλεῖ ὕδωρ, ὃν ἀπέκτεινεν ὁ Ἡρακλῆς κονδύλῳ, Ἑλλάνικος μὲν ἐν ταῖς ἱστορίαις Ἀρχίαν φησὶ καλεισθαι, δι' ὧν καὶ ἐξεχώρησε Καλυδῶνος· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τῆς Φορωνίδος Χερίαν αὐτὸν ὀνομάζει.

Iis, quae iam supra in Commentat. §. 4. ad defendendum Hellanicum attuli, addere liceat, quod omnino pueri illius nomen variae traditum fuit a variis. Sic *Herodorus* apud *Athenae.* l. l. et *Apollodor.* 2, 7, 6. vocant eum *Εὔνομον*, Architelis filium; *Schol. Apollon.* 1, 1212. Cyathum, itidem Architelis filium. Cf. *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* 4, 36. Fortasse puer plura nomina habuit. Fortasse etiam per librarios numerus eorum auctus est. Quo refero v. c. quod *Tzetz.* ad *Lycophr.* 50. habet *Ἐυνομον*, *Diodorus* l. l. *Εὐρύνομον.* Neque displicet *Casauboni* ad *Athenae.* l. l. p. 700. s. Tom. V. Animaduerss. edit. *Schweighäuser.* p. 283. ratio, cui *Χερίας* apud Hellanicum videtur παραφθορὰ nominis *Ἀρχίας.* — Idem recte etiam vidit, δι' ὧν in δι' ὃν esse mutandum. — κόνδυλος est *talitrum*, h. e. percussio, quae fit inflexo digito medio. (v. *Poll.* 9, 126. et *Aristot.* hist. anim. 1, 15.) Ne vero quis nimis miram putet hanc de Herculis robore historiam, adieci verba *Suetonii* de Imperatore Tiberio, in eius vita c. 68. „sinistra manu fuit agiliore ac validiore; articulis ita firmis, vt — caput pueri, vel etiam adolescentis, talitro vulneraret.“ Similia ad *Phereçyd.* p. 202. edit. 2. ex *Plutarcho* retuli.

Ad hoc Historiarum opus referri potest locus ille *Lutatii*, de quo supra §. 11. quaedam dixi. Neque tamen repugnem, si quis eius verba ita explicanda putet, vt sensus sit: nomen illius pastoris fuisse Heleni, seruatum ab historici.

Digitized by Google

KAPNEONIKAI.

LIII.

Athenae. 14, p. 635. F. *τὰ Καρνεῖα πρῶτος πάντων Τέρπανδρος νικᾷ, ὡς Ἑλλάνικος ἱστορεῖ, ἔν τε τοῖς ἐμμέτροις Καρνεονίκαις, κἀν τοῖς καταλογάδην.*

Quodnam fuerit huius operis metrice conscripti argumentum, statim ex ipsa inscriptione intelligitur. Nimirum vt *Pindarus* edidit *Ὀλυμπιονίκας, Πυθιονίκας*, etc. ita *Hellanicus Καρνεονίκας*, h. e. carmine recensuit vel laudauit eos, qui in Carneis vicissent. Quo quidem opere quum temporum ratio in nonnullis certius definiri potuisse videatur, nos aegre caremus. — Haec ac talia plura dici a doctis hominibus solent, vel simpliciter, vt a me hucusque relata sunt, vel pulchre ad Hellanici laudem. Nego vero omnino vera esse, quae post *Vossium* de Historr. Gr. 4, 5. p. 450. multi et alii, non solus ego, de Hellanici carminibus, quibus Carneonicarum virtutes celebrauerit, ex vno illo *Athenaei* loco eruta prodiderunt. Mihi certe nunc valde dubium est, an Hellanicus recte dicatur non solum tale carmen composuisse, sed praeterea etiam *καταλογάδην*, *pedestri oratione*, de iisdem Carneorum victoribus narrauisse. Multo rectius verba *Athenaei, ἔν τε τοῖς ἐμμέτροις Καρνεονίκαις, κἀν τοῖς καταλογάδην*, ad solum Terpandrum referri arbitror, quem in Carneis, Carneonicas tam carmine quam oratione prosa laudantem, primum victorem fuisse Hellanicus in aliquo suo libro tradiderit. Non igitur *Athenaei* verba, *ὡς Ἑλλάνικος ἱστορεῖ*, aliter interpretanda sunt, quam *Scholiastae Homerici* infr. fragm. LXXXX. et aliorum similia. Neque aliud apud *Athenaeum* narratur, quam Terpandrum ab Hellanico narratum esse primum omnium Carnea vicisse eo quod Carneonicas et carminibus et orationibus laudasset. Ita numerus librorum ab Hellanico scriptorum imminuitur, et potest ille vel in *Ἱστορίαις* vel in *Λεσβικοῖς* de Terpandro exposuisse. Accedit quod verbum *ἱστορεῖ* maxime ad Historicum pertinet, quodque nusquam certo dici

Digitized by Google

potest carmen aliquod ab Hellanico fuisse compositum. qua de re conf. quae ad fragm. CXXXXIII. dixi. Terpandrum vero non tantum poetam, inprimis lyricum, ac doctum tibicinem fuisse constat, sed etiam eloquentia forensi valuisse scimus ex Marm. Oxon. epoch. 35. lin. 49. sq. — Carnea autem (*Καρνεῖα*) erant nouem dies festi in honorem Apollinis *Καρνείου* (de quo Apollinis cognomine collegit quaedam *Schmid.* ad *Pindar.* Pyth. 5, 106. p. 252.), cum conuiuiis et sacris certaminibus celebrari soliti. *Sosimus* apud *Athenae.* l. l. primum eos institutos fuisse auctor est Olymp. 26. Quae tamen eius sententia non omnino vera videtur. Nam *Pausania* teste (3, 13, p. 238.) Apollo Carneus Lacedaemone colebatur (*τιμὰς εἶχεν*), etiam ante Heraclidarum reditum. Iam etsi ex hac sola formula nihil admodum colligi posse video ad refellendam vel saltem accuratius definiendam *Sosimi* narrationem: tamen quum accedat *Callimachi* locus hymn. in Apoll. 72. sqq. e quo cognoscimus, Apollinis Carnei cultum Spartae ortum, postea ad alias ciuitates translatum fuisse, primo Theras, deinde Cyrenas, videri possit *Sosimus* agere de tempore, quo alii, praeter Lacedaemonios, Graeci haec sacra receperint. Conuiuia illa apud Lacedaemonios quidem ita fiebant, vt in nouem diuersis locis (*σκιάδες* dicebantur), quibus esset similitudo quaedam cum tentoriis, per nouem dies coenarent viri noueni, e singulis tribubus terni. v. *Demetrius Scepsius* apud *Athenae.* 4. p. 141. E. qui hanc ipsam ob causam *τὴν τῶν Καρνείων ἑορτὴν* dicit *μίμημα εἶναι στρατιωτικῆς ἀγωγῆς*. Sed *Casaubonus* (animadvv. ad h. l. p. 267. 36.), „habuit igitur, inquit, ea solemnitas conuenientiam aliquam cum Iudaico festo, quod 15mo Tisri celebrabant et מצות vocabant, LXX. interpp. *ἑορτὴν σκηνῶν*, alii scriptores sacri *σκηνοπηγίαν*.“ Quae quidem *Casauboni* verba *Schweighäuserus* Vol. II. Animadverss. p. 466., vt etiam saepius, non integra attulit, sed mutilata. Cf. *Meurs.* Graec. feriat. in h. v. Vol. III. Opp. p. 905. sq. et apud *Gronov.* T. VII. p. 808. sq. *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Apoll.

Digitized by Google

71. sqq. Recte autem habet nomen *Καρνεονῖκαι*. Nam et *Καρνεῖα* dicebantur illi ludi, et *Κάρνεα*. Posterioris formae exemplum est apud *Theocrit.* 5, 83. vbi cf. *Schol.* In his igitur Carneis primus vicit Terpander, Lesbius, de quo, praeter *Suidam*, legendus est *Plutarchi* de musica libellus, T. II. opp. p. 1132. E. vbi dicitur insignis citharoedus fuisse, qui quater deinceps Pythia vicerit, et, *Alexandro* auctore *ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν περὶ Φρυγίας*, Homerum in epicis carminibus imitatus sit, Orpheum in lyricis. Ibidem dicitur *Glaucus* Italus in libro *περὶ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν τε καὶ μουσικῶν* demonstrasse, eum antiquiorem fuisse Archilocho. Apud *Clementem Alexandr.* stromm. 1, p. 333. A. *Ἑλλάνικος Τερπάνδρου ἱστορεῖ κατὰ Μίδαν γεγονέναι*, et Anacreonte eum vetustiorem esse dicit *Athenaeus* 14, p. 635. E. quo eodem loco laudat *Hieronymum* in libro de citharoedis, qui eum tradat vixisse temporibus Lycurgi legislatoris, quem magno consensu narrant omnes cum Iphito Eleo instituisse eam, quam primam numerant, Olympiadem. Iam si sumamus, *Sosimum*, quum nominaret Olymp. 26., veram Olympiadum epocham secutum esse, e qua Olympiae epochae vulgaris prima est Iphitea duodetrigesima, sequi videtur, Terpandrum Carnea vicisse octo fere annis ante Coroebi Elei in stadio Olympico victoriam, a qua Graecis postea placuit tempora numerare. Quam rationem paulo propius accedere ad *Hieronymi* rationem sponte intelligitur. Cf. *Fr. von Hagedorn* I. *Abhandlung von den Liedern der alten Griechen*, in eius opp. poet. T. III. p. 214. sq. vbi *Sosimi* rationem praeferendam putat reliquorum rationibus, quia confirmatur per Marmm. Oxonn.

KPANAIKA.

Historia Cranai, qui Cecropi in regno Attico successit, et a cuius filia Atthide nomen accepisse traditur terra Attica, satis nota est. Cf. *Meurs.* de regg. Athenn.

Digitized by Google

1. 13. sq. T. I. Opp. p. 619. sqq. et in *Gronov.* thes. T. IV. p. 1049. sqq. Vix igitur dubitari potest, quin hoc opus fuerit pars τῆς Ἀτθίδος, neque putaueram cuiquam probatum iri, quod vir doctus (in *Goetting. Anzeigen von gelehrten Sachen*, a. 1788. No. 1. p. 7.) scripsit, Κραναϊκὰ fortasse corruptum esse ex Καρνεονίκαι. Et tamen *Dahlmanno* quoque l. l. pag. 131. haec opinio, id quod mirabundus vidi, vnice placuit. Saltem eadem regio modo Cranaë appellata fuit, modo Cecropia, modo Acte, modo Attica: id quod diserte dicit *Menander* Rhetor de encomiis cap. 3. p. 48. sq. vbi vid. *Heeren.*

LIIII.

Schol. Aristoph. ad avv. 1403. Ἀντίπατρος καὶ Εὐφρόνιος ἐν τοῖς ὑπομνήμασί φασι τοὺς κυκλίους χοροὺς στῆσαι πρῶτον Λασὸν τὸν Ἑρμιονέα· οἱ δὲ ἀρχαιότεροι, Ἑλλάνικος καὶ Δικαίαρχος, Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον· Δικαίαρχος μὲν ἐν τῷ περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων, Ἑλλάνικος δὲ ἐν τοῖς Κραναϊκοῖς.

Exscripsit hunc locum *Phauorin.* in v. κυκλιοδιδάσκαλον. — Vtriusque, et Lasi et Arionis, meminit etiam *Herodotus:* illius quidem 7, 6. vbi dicitur Λάσος ὁ Ἑρμιόνεος, huius 1, 23. sq. Quod autem Hellanicus dixit, Arionem, ex oppido Lesbi Methymna oriundum, primum instituisse choros orbiculares, quos, vt hoc obiter addam, *Xenophon* Oecon. 8, 20. dicit esse καλὸν θέαμα, id Herodotus ita narrat, vt Arionem tradat primum hominum et fecisse et nominasse et docuisse Corinthi dithyrambum. Similiter in Anonymi cuiusdam (h. e. *Laurent. Rhodomanni*) poemate de Arione Methymnaeo s. Lesbio, quod legitur ad calcem *Argonauticorum*, *Thebaicorum*, *Troicorum*, a *Mich. Neandro* editorum Lips. 1588. 8. primo v. 26. sq. dicitur omnium primus inuenisse Διθυραμβικὸν ὕμνον Ἰάκχῳ, sed v. 321. appellatur μετ' ὀρχησταῖσιν ἀγητὸς, et v. 331. dicitur πλουτεῖν ἐν χοροῖς πλάκτρῳ νευρὰς ὀΐων ἐρεθίσδων. Scilicet chori orbiculares agebantur in Bacchi honorem, cui eidem sa-

Digitized by Google

cri erant hymni illi, qui dithyrambi vocantur, de quibus nuperrime bene egisse dicitur Abbas *Ricardus* in annotatt. ad *Plutarchi* opera moralia Franco-Gallice a se conuersa, T. V. p. 79. Vnde intelligi potest, cur *Schol. Aristoph.* ad nubb. 332. vbi poeta perstringit *κυκλίων χορῶν ἁσματοκάμπτας*, eum alludere dicat ad Cinesiam et Philoxenum et Cleomenem, qui nominentur *διθυραμβοποιοί. τῶν γὰρ κυκλίων χορῶν*, inquit, *εἰσὶν οὗτοι διδάσκαλοι.* Chori orbiculares igitur differunt a choris quadratis, *τετραγώνοις*, quorum in tragoediis et comoediis vsus erat. v. quos laudauit *Ernesti* ad *Xen.* memm. 3, 4, 3. Ceterum omnino non paruo cum fructu legi possunt libelli *Hermanni von der Hardt*, quibus hanc de Arione historiam suo quidem more, sed erudite tamen, illustrare studuit. Coniunctim illi editi sunt in Aenigmatis prisci orbis (Helmst. 1723. fol.), p. 527 — 535. p. 542 — 545. p. 577 — 581. p. 583 — 586. p. 589 — 593.

ΚΤΙΣΕΙΣ.

In hoc opere exposuerat Hellanicus de origine gentium et vrbium, non solum Graecarum, sed exterarum etiam. Fortasse idem fuit atque opus *περὶ Ἐθνῶν* et *Ἐθνῶν ὀνομασίαι*. Fortasse igitur nihil interest vtrum fragm. LV. pro *κτήσεσιν*, legatur *κτίσεσιν*, an *κλήσεσιν*. Quanquam ego quidem praeferendam puto lectionem *κτίσεσιν*, quia multa in libris antiquis reperiuntur permutationis litterarum *η* et *ι* exempla, etiam in his ipsis vocabulis. Nam in versione Alexandrina Prov. 1, 13. et Esr. 8, 21. cod. Vatic. habet *κτῆσιν* et *κτήσει*, cod. Alex. *κτίσιν* et *κτίσει*. Eccles. 12, 1. pro *κτίσαντος* edit. Complut. legit *κτήσαντος*, et sic porro. De aliis conf. *Dorvill.* ad *Charit.* 8, 4. p. 617. et 8, 7. p. 634. ed. Lips. Etiam *Casaubonus* ad *Athenae.* 10, 14. p. 743, 34. (Vol. V. Animaduerss. *Schweighäuser* p. 508. sq.) probante *Vossio* de Historr. Graec. 1, 1. p. 8. defendit lectionem *κτίσεις*, item *Salmas.* ad *Steph.*

Digitized by Google

Byz. in v. *Χαριμάται*, et *Holsten.* Sed *Berckel.* mauult *κλήσεσιν*, laudato eam in rem *Schol. Apollon.* 3, 1178. vbi laudatur *Hippias Delius ἐν ἐθνῶν ὀνομασίαις.* Qui locus quam non adiuuet *Berckelii* sententiam, per se patet. Eodem enim modo possem ego pro mea sententia laudare multos *κτίσεων* scriptores. Sic idem *Apollonii Scholiastes* 4, 264. laudat *Dionysium Chalcidensem ἐν πρώτῳ κτίσεως*, et ipse *Apollonius* scripsit *κτίσιν Ἀλεξανδρείας*, teste *Schol. Nicandri* ad theriac. p. 6. ed. *Morell.* Paris. 1557. 4. *Polemonis κτίσις Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν* commemoratur apud *Schol. Apollon.* 4, 324. Multo plures *Κτίσεων* scriptores enumerauit *Ioh. Ionsius* de scriptoribus historiae philosophicae 1, 12, 5. p. 76. sq. edit. *Dorn.* vbi etiam Hellanici *κτίσεις* commemorauit.

LV.

Steph. Byz. Χαριμάται, ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ. — Ἑλλάνικος ἐν Κτήσεσιν ἐθνῶν καὶ πόλεων·

Κερκεταίων δ' ἄνω οἰκοῦσι Μόσχοι, καὶ Χαριμάται, κάτω δ' Ἡνίοχοι, ἄνω δὲ Κοραξοί.

De *Κτήσεσιν* in *Κτίσεσιν* mutando vid. paulo ante. *Vossius* loco modo indicato Hellanicum hoc opere scripsisse ait de antiquissimis gentium principibus, primisque vrbium conditoribus.

LVI.

Athenaeus 10, p. 447. C. Ἑλλάνικος δ' ἐν Κτίσεσι, καὶ ἐκ ῥιζῶν φησι κατασκευάζεσθαι τὸ βρύτον, γράφων ὧδε·

πίνουσι δὲ βρύτον ἐκ τῶν ῥιζῶν, καθάπερ οἱ Θρᾷκες ἐκ τῶν κριθῶν.

τὸ βρύτον alias esse potum hordeaceum, *οἶνον κριθινὸν*, cuius etiam *Herodotus* aliquoties meminit, v. c. 2, 77. docet ipse *Athenaeus.* Cf. *Ioh. Henr. Meibom.* de cereuisiis veterum c. 6. in *Gronov.* thes. T. IX. p. 563.

Digitized by Google

Ad hoc opus sine vlla controuersia referri debet illud

ΠΕΡΙ ΧΙΟΥ ΚΤΙΣΕΩΣ.

quod *Tzetzes* commemorat ad *Lycophr.* 227. et ex quo narrat, inuentum fuisse in Lemno ἀπὸ κεραυνοβόλου δένδρου τό τε πῦρ καὶ τὰς ὁπλουργίας.

LVI. b.

Scholia a Buttmanno primum edita ad Odyss. θ, 294. Σίντιες ἐκάλοῦντο οἱ Λήμνιοι, ὡς Ἑλλάνικος ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ Χίου κτίσεως τὸν τρόπον τοιοῦτον. Ἐκ τῆς Τενέδου ᾤχοντο εἰς τὸν Μέλανα κόλπον, καὶ πρῶτον μὲν εἰς Λῆμνον ἀφίκοντο. Ἦσαν δὲ αὐτόθι κατοικοῦντες Θρᾷκές τινες, οὐ πολλοὶ ἄνθρωποι· ἐγεγόνεισαν δὲ μιξέλληνες. Τούτους ἐκάλουν οἱ περίοικοι Σίντιας, ὅτι ἦσαν αὐτῶν δημιουργοί τινες πολεμιστήρια ὅπλα ἐργαζόμενοι. Τούτοις συνῴκισαν ἑαυτοὺς ἀναμὶξ ὡς ἦλθον αὐτόθι, καὶ κατέλιπον νεῶς πέντε.

Et ex alio Codice: Ἑλλάνικος οὖν φησι μιξέλληνας εἶναι, καὶ πολεμικῶν ὅπλων τεχνίτας.

In vniuersum conferendum est fragm. CXXVIII. — De Tenedo, insula in Troiae conspectu sita, non est quod multa dicantur. Vid. *Virgil.* Aen. 2, 21. *Strab.* 13, p. 415. *Eustath.* ad *Hom.* Il. α, p. 33. qui aeque ac *Tzetzes* ad *Lycophr.* 346. eam dicit olim Λεύκοφρυν appellatam fuisse, postea vero accepisse a Troiano quodam, Tene, qui Tenedum vrbem condiderit, (Conf. *Cic.* Verr. 1, 19.) nomen Tenedi. — Μέλανος κόλπου mentio atque descriptio est apud *Herodot.* 6, 41. 7, 58. aliosque.

Ad idem Κτίσεων opus puto omnia, quae sequuntur, excepta Phoronide, pertinuisse.

Digitized by Google

ΚΥΠΡΙΑΚΑ.

LVII.

Steph. Byz. Καρπασία, πόλις Κύπρου, ἣν Πυγμαλίων ἔκτισεν, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Κυπριακοῖς.

Scilicet Pygmalion, quem *Virgil.* Aen. 1, 347. vocat scelere ante alios immaniorem, fuit rex Cypriorum. (v. *Apollodor.* 3, 14, 3.) Sed non opus est, vt multis de eo exponam, quum iam *Meursius* fere omnia praeceperit in libro illo, qui inscriptus est: Creta, Rhodus, Cyprus, s. de nobilissimarum harum insularum rebus et antiquitatibus commentarii postumi, (Amst. 1675. 4.) maxime 2, 16. p. 124. sqq. qui commentarii reperiuntur etiam T. III. Opp. vbi pag. 644. ad hunc nostrum locum pertinet.

ΛΕΣΒΙΚΑ.

LVIII.

Steph. Byz. Μαλλόεις Ἀπόλλων ἐν Λέσβῳ· καὶ ὁ τόπος τοῦ ἱεροῦ Μαλλόεις, ἀπὸ τοῦ Μήλου τῆς Μαντοῦς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν Λεσβικῶν πρώτῳ.

E *Thucyd.* 3, 3. discimus, Apollinem hoc nomine inprimis a Mitylenaeis, et quidem extra vrbem ac magna cum frequentia, cultum fuisse. Sed quaeri potest de cognominis huius origine. *Siluester* quidem *Luersenius* in diss. de Apolline et rariorib. eius cognominibus, quae addita extat eius libro de templo et bibliotheca Appollinis Palatini, Francqu. 1719. 8. p. 235—264. quanquam rarum est, tamen illud praetermisit, fortasse quia nihil, quam incerta, dicere maluerat. Certe ne de scriptura quidem illius cognominis satis constat. Nam apud *Thucyd.* l. l. scribitur per vnum λ. Iam facillima se expediendi ratio est haud dubie haec, ut in alterutro scriptore lectio deprauata dicatur. Hanc viam ingressus *Berckelius*, inprimis ob litterarum seriem, recepit in *Stephano* lectionem editt. Ald. et Iunt. *Μαλλόεις*,

Digitized by Google

et ita fortasse etiam in Thucydide corrigendum dicit, praesertim quum etiam *Hesychius* hoc nomen exhibeat per duplex λλ scriptum. At vero haec argumenta dubito an sint quenquam admodum motura. Primo enim ipso *Berckelio* fatente, non in omnibus *Stephani* editt. legitur *Μαλλόεις*, et constat inter omnes, librarios, in describendis lexicis et dictionariis, saepissime glossas, quas fortasse alii, qui priores ea descripsissent, primo omissas, deinde intellecto errore margini alleuerant, quum textis inserere vellent, prae nimia festinatione alieno loco posuisse, cuius generis exemplis abundat inprimis lexicon *Hesychii*. Nec minus saepe factum videtur, vt librarii, quum quodam in loco annotata quaedam conspexissent a Grammaticis, vel ab aliis, qui diligenter illud opus, quod describendum esset, triuissent, ea statim ipsi ordini infercirent paullo negligentius. Quidni idem fieri potuerit in *Stephani* loco, inprimis quum ne nunc quidem glossa *Μαλλόεις* suo loco posita reperiatur? Praecedit enim *Μαλλός*. Sic apud eundem ante nomina *Κωνστάντεια* et *Κωνσταντίνου πόλις* leguntur *Κωνώπη*, *Κῶπαι*, *Κώρυκος*, *Κῶς*. Deinde ipsa nominis etymologia videtur docere, scribi illud recte per simplex λ. Siue enim a Melo, Mantus filio, cum *Hellanico* deriues, siue cum *Salmasio* ad *Solin.* p. 64. E. ab ouibus, quae *μῆλα* dicuntur, quaeque ibi videntur immolatae fuisse, siue denique cum *Holstenio* a promontorio Lesbi, *Μαλίᾳ*, quam ego quidem puto simplicissimam rationem esse: semper habebis λ simplex. Accedit, quod etiam in glossa, quae proxime apud *Steph.* sequitur, *Μαλλοί*, scriptores et codices variant. — *Μῆλος* ille s. *Μᾶλος*, quae est Dorica pronunciatio, quis fuerit, ignorare me fateor. Mater eius, Manto, fuit vates, et filia Tiresiae. v. *Schol. Eurip.* Phoenn. 841.

LVIIII.

Steph. Byz. *Τράγασαι*, (Scribe *Τραγασαὶ*,) *χώρα ἐν Ἠπείρῳ, ἀπὸ Τραγάσου, οὗ εἷς χάριν ὁ Ποσειδῶν ἁλῶν*

πῆξιν ἐποίησεν. ὅθεν Τράγασοι οἱ ἅλες, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ Λεσβιακῶν.

Quis fuerit Tragasus, nemo facile dixerit. Commemoratur Tragasus aliquis, cuius filiam Phylonomen vxorem duxerit Cycnus, Neptuni filius, apud *Tzetz.* ad *Lycophr.* 232. Sed pro *Τράγασοι οἱ* legendum esse *Τραγασαῖοι*, optime docuit *Holstenius*, neque habeo, quod addam.

LX.

Steph. Byz. Νάπη, πόλις Λέσβου· Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Λεσβιακῶν.

De hoc loco supra disputaui §. 6. Sed de ipso *Λεσβιακῶν* s. *Λεσβιακῶν* opere dixi ad fragm. V.

ΤΑ ΠΕΡΙ ΛΥΔΙΑΝ.

LXI.

Steph. Byz. Ἀξειῶται, ἔθνος τῆς Τρωάδος, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς περὶ Λυδίαν λέγει.

ΠΕΡΣΙΚΑ.

LXII.

Schol. Aristoph. ad avv. 1022. *ὁ δὲ Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Περσικοῖς, δύο φησὶ Σαρδαναπάλους γεγονέναι. Εἰς τὸ αὐτό. Περσῶν βασιλεὺς, ὃς ἐν τρυφῇ ὡρίζετο τὴν εὐδαιμονίαν. λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ β' πόλεις ἔκτισε τῆς Κιλικίας, Ταρσὸν καὶ Ἀγχιάλην.*

Quanquam ego non ignoro, formulam *εἰς τὸ αὐτὸ* indicare solere apud veteres Scholiastas initium noui scholii, (vid. v. c. *Schol. Anthолog.* in *Brunckii* lectt. ad anall. p. 31. quem tamen locum fateor quodammodo tantum huc pertinere. Magis huc faciunt *Scholl. Hom. Wassenb.* Il. β, 494.) tamen h. l. non dubito, quin illa verba corrigenda sint sic: *εἷς δὲ αὐτῶν*, et punctum in comma mu-

Digitized by Google

tandum. Praeterquam enim, quod lectione ita constituta diserte distinxisse dicitur Hellanicus Sardanapalum Persicum a notissimo illo Assyrio Sardanapalo: in quo, quum Assyria paulo longius a Cilicia distet, quam vt verisimile sit, Sardanapalum Assyrium eo penetrasse, recte versatus videtur: etiam verbum λέγει habet, ad quem referatur, nempe ad Hellanicum. Narrauit igitur Hellanicus de Sardanapalo Persico, quod reliqui scriptores fere omnes, v. c. *Amyntas* apud *Athenaeum* 12, p. 529. sq. *Suidas* et *Phauorinus* in Ἀγχιάλη, et multi alii, de Assyrio tradiderunt. Iam quanquam quis ob insignem tot aliorum bonorum scriptorum ab Hellanico dissensum videatur valde dubitare posse de ipsius narrationis, quam attulit, veritate: dubitare tamen desinet, qui sciat vel cognouerit, etiam *Callisthenem*, in libro secundo *Περσικῶν*, duo commemorasse Sardanapalos, ἕνα μὲν, δραστήριον καὶ γενναῖον· ἄλλον δὲ, μαλακόν. (v. *Suid.* in v. Σαρδαναπ. et *Phot.* in Lexico p. 370.) Sic *Hesychius*: γεγόνασι δὲ δύο Σαρδανάπαλοι. ad quem locum vid. quos laudauit *Alberti* T. II. p. 1157. not. 7. Ego saltem certissime mihi persuasum habeo, Hellanicum putandum esse rem ita, vt dixi, narrasse, neque nescio, etiam alios eiusdem nominis homines interdum ita ab Historicis inter se confusos esse, vt vel res ab altero gestas nonnullas alteri tribuerent, vel omnes, atque adeo de Persico Sardanapalo fieri potuisse, vt, quae fortasse non spernenda gessisset, ea omnia Assyrium dicerentur auctorem habere, et vix veri auctoris nomen conseruaretur. Quod vero dicitur Sardanapalus vno die duas vrbes condidisse, id intelligendum videtur vel de aedificatione inchoata, non de perfecta, vel de reparatione harum vrbium vel amplificatione. v. *Ioh. Crausii* diss. de Sardanapali corruptissima vita, rebus gestis et tragica morte, (Ien. 1669. 4.) §. 13. 14. qui attulit locum e *Genesii Byzantii* libro aliquo manu scripto hunc: ὅτι Ταρσὸς παρὰ Σαρδαναπάλου ἐκ βάθρων σὺν Ἀγχιάλῃ ἀνέκτισται. A nonnullis

Per-

Perseus dicitur fuisse Tarsi conditor, vt ab *Antipatro Sidonio* in *Brunckii* Analectt. Vol. II. p. 16. extr. vbi vid. *Iacobs.* Inprimis vero memoratu digna sunt, quae *Ammianus Marcellinus* 14, 8. scripsit: „Tarsus — vrbs „perspicabilis: (hanc condidisse Perseus memoratur, Io„uis filius et Danaës, vel certe ex Aethiopia profectus „Sandan quidam nomine, vir opulentus et nobilis.“ Posteram emendationem supra a me propositam eo quoque confirmare, quod apud *Photium* in v. Σαρδανάπαλος vbi Scholiastis locum exscripsit, legitur εἷς τὸ αὐτό. Sed eiusmodi argumentis vti nolo, praesertim quum apud eundem ibidem extet τῆς Λυκίας pro τῆς Κιλικίας, quod manifestum est sphalma esse, non minus quam apud *Steph. Byz.* Ἀγχιάλη, πόλις Σικελίας.

LXIII.

Steph. Byz. Ἀρταῖα, Περσικὴ χώρα, ἣν ἐπόλισε Περσεύς, ὁ Περσέως καὶ Ἀνδρομέδας· Ἑλλάνικος ἐν Περσικῶν πρώτῃ.

Qui hic Περσεὺς dicitur, Persei, Iouis et Danaës filii, ex Andromeda, Cephei filia, filius, ab aliis vocatur Πέρσης; v. c. ab *Herodoto* 7, 61. *Apollodoro* 2, 4, 5. *Tzetza* ad *Lycophr.* 838. Quod haud dubie verum nomen est, etsi non audeam illud reponere apud *Stephanum*, quoniam alia est veritas lectionis, alia historiae veritas.

LXIIII.

Steph. Byz. Χαλδαῖοι — Ἑλλάνικος δέ φησιν ἐν πρώτῳ Περσικῶν, ὅτι Κηφέως οὐκέτι ζῶντος, στρατευσάμενοι ἐκ Βαβυλῶνος, ἀνέστησαν ἐκ τῆς χώρας, καὶ τὴν Χογὴν ἔσχον· οὐκέτι ἡ χώρη Κηφηνίη καλεῖται, οὐδ' ἄνθρωποι οἱ ἐνοικοῦντες Κηφῆνες, ἀλλὰ Χαλδαῖοι. καὶ ἡ χώρα αὕτη πᾶσα νῦν Χαλδαϊκὴ καλεῖται.

Totum locum adscripsi, vt ipsi lectores iudicare possint, sintne omnia pro Hellanici verbis habenda, nec ne. Nam de verbis οὐκέτι — καλεῖται dubito. Quae

Digitized by Google

si profecta sunt ab Hellanico, coniunctio ὅτι ante genitiuum *Κηφέως* verti debet *quia*. — Nomen *Χογὴν*, quod nihili est, varie emendare studuerunt viri docti. Sed optima emendatio nunc quidem mihi videtur esse *Salmasii* ad *Solin.* p. 1226. B. qui legi iubet *Χώχην*. Choche enim erat vicus non longe a Seleucia Babyloniae, qui ab aliis etiam *Κώχη* dicitur. Cochen inter vrbes nobilissimas refert *Eutropius* 9, 12, 3. — Quum tres *Cephei* fuerint, primus Beli filius, Phinei frater, pater Andromedae (v. *Herodot.* 7, 61. *Apollodor.* 2, 4, 3.), alter Alei filius, Tegeae in Arcadia rex, Lycurgi frater, Argonauta (v. *Apollod.* 2, 7, 3. 8, 9, 1. 1, 9, 16.), tertius itidem Arcas, Lycurgi filius, vnus ex apri Calydonii venatoribus (v. *Apollod.* 1, 8, 2. cf. supr. fragm. VIII.): h. l. intelligendus est primus, Beli filius, diserte id tradente *Herodoto* l. l. qui tamen non Chaldaeos antiquitus dicit Cephenas vocatos esse, sed Persas. Praeclare rem ipsam illustrarunt viri egregie docti, *Aug. Lud. Schloezer*, cuius commentat. vernacula de Chaldaeis inserta est Repertorio litterat. bibl. et oriental. T. VIII. p. 113 — 176. et *Theodor. Iac. Ditmar*, qui et ipse lingua patria edidit libellum de patria Chaldaeorum, Berolin. 1786. 8. Taceo alios. Omnino dissentiunt scriptores. v. c. *Euripide* auctore (apud *Eratosthenem* Catast. 15.), quem *Apollodorus* 2, 4, 3. aliique sequuntur, pater Andromedae fuit rex Aethiopum, qui ea de causa ipsi quoque Cephenes sunt appellati. *Pausanias* vero (4, 35.) videtur eum Ioppae in terra Iudaeorum regem facere, vt *Strabo* lib. 16, p. 759. A. et *Pompon. Mela.* 1, 11.

LXV.

Steph. Byz. Τυρέδιζα, πόλις Θρᾴκης. — Ἑλλάνικος δὲ Τυρόδιζαν αὐτὴν φησιν, ἐν Περσικῶν δευτέρῳ.

Τυρόδιζα legitur etiam apud *Herodot.* 7, 25.

Digitized by Google

LXV. b.

Harpocration: Στρέψα. — πόλις ἐστὶ τῆς Θρᾴκης, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Περσικῶν ὑποσημαίνει.

Aeschines de falsa legat. p. 214. edit. *Reisk.* iungit Ἀνθεμοῦντα καὶ Θέρμαν καὶ Στρέψαν. *Suidas* et *Phauorin.* nihil habent nisi priora illa: Στρέψα, πόλις ἐστὶ τῆς Θρᾴκης.

ΣΚΥΘΙΚΑ.

LXVI.

Steph. Byz. Ἀμάδοκοι, Σκυθικὸν ἔθνος· Ἑλλάνικος ἐν Σκυθικοῖς.

LXVII.

Steph. Byz. Ἀμύργιον, πέδον Σακῶν· Ἑλλάνικος Σκύθαις.

Hunc locum huc referre non dubitaui. Etsi enim lectio nondum satis certa est, quum *Xylander* velit Σκυθικοῖς legere, *Salmas.* vero et alii Σκυθῶν: tamen siue hanc, siue illam emendationem receperis, siue denique datiuum illum Σκύθαις pendere dixeris v. c. a verbo ἀνατίθησι, s. προστίθησι, vel pro ἐν Σκύθαις acceperis, h. e. eo librorum suorum loco, vbi de Scythis egit: manet hoc, Hellanicum putandum esse illum campum commemorasse in Scythicis, Nam etiam apud *Herodot.* 7, 64. dicuntur Σκῦθαι Ἀμύργιοι vocati esse Σάκαι. Quin Persae Scythas omnes vocabant Sacas, vt bene et apte ad rem nostram tradit ibidem *Herodotus.*

ΤΡΩΙΚΑ.

In Scholiis ad *Dionysii Τέχνην*, quae sunt in Codice Marciano CCCCLXXXIX., saepe citari Hellanicum ἐν Τρωϊκοῖς, dicit *Villoison.* T. II. Anecdot. Graec. p. 185.

Digitized by Google

LXVIII.

Parthenius erotic. c. 34. Ἱστορεῖ Ἑλλάνικος Τρωϊκῶν καὶ Κεφάλων ὁ Γεργίθιος·

Ἐκ δὲ Οἰνώνης καὶ Ἀλεξάνδρου παῖς ἐγένετο Κόρυθος. οὗτος ἐπίκουρος ἀφικόμενος εἰς Ἴλιον, Ἑλένης ἠράσθη. καὶ αὐτὸν ἐκείνη μάλα φιλοφρόνως ὑπεδέχετο. ἦν δὲ τὴν ἰδέαν κράτιστος. φωράσας δὲ αὐτὸν ὁ πατὴρ, ἀνεῖλεν.

Genitiuus Τρωϊκῶν indicare videtur, libri s. sectionis notam olim appositam postea librariorum incuria vel aliis modis omissam fuisse. Fortasse tamen praestat legere Τρωϊκοῖς, praeeunte *Meursio* in Bibliotheca Graeca, T. III. Opp. p. 1193. Nam in Scriptoribus historiae poeticae, Paris. 1675. 8. a *Thoma Gale* editis, vnde locum *Parthenii* petii, (p. 398.) haud dubie ab operis peccatum est. Certe Latina versio habet „*Hellanicus in Troicis*," omninoque abundat liber ille typothetarum vitiis. Sic in hic paucis, quae attuli, verbis vitiose editum est ἠράσθη et πιλοφρόνως. Sed *Lucas Legrand* ad *Parthenii* l. l. propter fragm. LXXIII. b. excidisse putans notam libri Τρωϊκῶν secundi, β′ hunc genitiuum seruauit. — Oenone dicitur Cebrenis fluuii filia apud *Apollodor.* 3, 12, 6. et *Tzetz.* ad *Lycophr.* 57. qui tamen docet, ab aliis eam Oenei filiam dici, et ad v. 175. p. 24. b. ed. *Potter.* p. 67. a. edit. *Sebastian.* laudat *Pythaenetum ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Αἰγινητῶν*, qui eam fecerit Budionis filiam. Vtut sit, Oenonem vxorem duxit Paris, quum vitam pastoritiam adhuc ageret, sed postea Helenae amore captus eam repudiauit. (v. *Strab.* 13, p. 596. D. *Ovid.* heroidd. 5, 9. sqq.) — De insula Oenone v. ad fragm. IX. — De Corytho, qui pulcritudine patrem vicerit, vid. *Conon* narratione 23. et quos ibi *Kannius* laudauit p. 115.

LXVIIII.

Dionys. Halic. archaeol. 1, p. 37, 34. postquam multa narrauit de modo, quo Aeneas Troiam defenderit, et tandem, quum seruari eam non posse intellexisset, clam emiserit feminas et infantes in montem Idam,

Digitized by Google

ipsum se illuc venturum esse pollicitus, id quod fecit, pergit in narrando sic:

Ἀχαιοὶ δὲ ἀνδραποδισάμενοι τὴν πόλιν καὶ τὰ σύνεγγυς χωρία, καὶ φρούρια δηώσαντες, παρεσκευάζοντο μὲν καὶ τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι χειρωσόμενοι· πεμψάντων δὲ κήρυκας αὐτῶν περὶ διαλύσεων, καὶ δεομένων, μὴ σφᾶς εἰς ἀνάγκην καταστῆσαι πολέμου, συνελθόντες εἰς ἐκκλησίαν, ἐπὶ τοῖσδε ποιοῦνται πρὸς αὐτοὺς τὰς διαλύσεις· Αἰνείαν μὲν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, τὰ χρήματα φέροντας ὅσα διεσώσαντο κατὰ τὴν φυγὴν, ἐν ὡρισμένοις τισὶ χρόνοις ἐκ τῆς Τρωάδος ἀπελθεῖν, παραδόντας Ἀχαιοῖς τὰ φρούρια· Ἀχαιοὺς δὲ παρασχεῖν αὐτοῖς τὴν ἀσφάλειαν ἐξ ἁπάσης ἧς ἐκράτουν γῆς καὶ θαλάσσης ἀπιοῦσι κατὰ τὰς ὁμολογίας. δεξάμενος δὲ ταῦτα Αἰνείας, καὶ νομίσας ἐκ τῶν ἐνόντων κράτιστα εἶναι, Ἀσκάνιον μὲν, τὸν πρεσβύτατον τῶν παίδων, ἔχοντα τοῦ συμμαχικοῦ τινα μοῖραν, ἧς Φρύγιον ἦν τὸ πλεῖστον, εἰς τὴν Δασκυλῖτιν καλουμένην γῆν, ἔνθα ἐστὶν ἡ Ἀσκανία λίμνη, μετάπεμπτον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων γενόμενον ἐπὶ βασιλείᾳ τοῦ ἔθνους, ἀποπέμπει. — (p. 38, 10.) τοὺς δὲ ἄλλους παῖδας Αἰνείας παραλαβὼν, καὶ τὸν πατέρα καὶ τὰ ἕδη τῶν θεῶν, ἐπειδὴ παρεσκευάσθη τὸ ναυτικὸν αὐτῷ, διαπλεῖ τὸν Ἑλλήσποντον, ἐπεὶ τῆς ἐγγυτάτω κειμένης χερρονήσου τὸν πλοῦν ποιούμενος, ἣ πρόκειται μὲν τῆς Εὐρώπης, καλεῖται δὲ Παλλήνη. ἔθνος δ' εἶχεν αὕτη Θρᾴκιον σύμμαχον, Κρουσαῖον καλούμενον, ἁπάντων προθυμότατον τῶν συναραμένων αὐτοῖς τοῦ πολέμου. ὁ μὲν οὖν πιστότατος τῶν λόγων, ᾧ κέχρηται τῶν παλαιῶν συγγραφέων Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Τρωϊκοῖς, περὶ τῆς Αἰνείου φυγῆς τοιόσδε ἐστίν.

Quae praecedunt hunc locum apud *Dionysium*, ea, quanquam ad eandem historiam pertinent, omittenda putaui, et quia nimis multa exscribenda fuissent, et quia illa multo magis quam hic locus permixta videbantur cum aliorum scriptorum verbis. Quare viros doctos puto huius rei veniam esse mihi daturos. Sed quod ad narrationem ipsam attinet, recte videtur eam *Dionysius* vocasse probabilissimam. Nam non credibile est, poten-

Digitized by Google

tissimam illam Troianorum ciuitatem repente ita debilitatam fuisse, vt ne fugere quidem honeste liceret. Multo vero magis haec Hellanici narratio decere videtur Aeneae personam, herois illius et magnanimi viri, qui non suae modo patrisque saluti prospiceret, sed ciuibus, quantum quidem posset, omnibus. Quare non curo v. c. epigramma illud *ἀδέσποτον*, quod in *Brunckii* Analectt. Vol. III. nr. CCCCXXXVIII. legitur:

Ἐκ πυρὸς Ἰλιακοῦ δοράτων μέσον ἥρπασεν ἥρως
Αἰνείας, ὅσιον παιδὶ βάρος, πατέρα.

nisi si quis poetice rem descriptam esse statuat. — Haec et alia multa, quae dici hanc in rem possint, videantur fortasse superuacua esse. Sed non dubito, quin viri docti tales *ῥήσεις* facile condonaturi sint homini, qui et veritatem amet et elegantiam, praesertim quum res eodem fere modo videatur narrata fuisse in *Arctini Milesii* carmine *Ἰλίου πέρσις*, cuius lib. 2. argumentum editum est Goettingae 1786. 8. in *Tychsenii* et *Mitscherlichii Bibliothek der alten Litteratur und Kunst*, Partic. I. inter Inedita p. 38. 2. — Etiam *Lud. Vives* ad *Augustin.* C. D, 18, 19. vbi hunc locum excerpsit, Sic, inquit, Hellanicus, scriptor alioqui fabulosus, sed multi nominis.

LXX.

Steph. Byz. Φοιτίαι, πόλις Ἀκαρνανίας. — Λέγεται καὶ Φοίτιον. καὶ τὸ ἐθνικὸν Φοιτιεὺς, καὶ Φοίτιοι, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Τρωϊκοῖς.

Apud *Polyb.* 4, 63. hoc oppidum scribi videtur *Φοιτεῖαι*, et Aetoliae tribuitur. Ad Hellanicum nihil pertinere puto, nisi vnam illam gentilis formam *Φοίτιοι* pro *Φοιτιεῖς* v. infr. fragm. CXXXIIII.

LXXI.

Schol. Apollon. Rhod. 1, 916. *ἐκεῖ* (in insula Samothrace) *ᾤκει Ἠλέκτρα ἡ Ἄτλαντος, καὶ ὠνομάζετο ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων Στρατηγίς. ἣν φησιν Ἑλλάνικος Ἠλεκτρυώ-*

νην καλεῖσθαι. ἐγέννησε δὲ τρεῖς παῖδας, Δάρδανον, τὸν εἰς Τροίαν (Schol. Paris. ἐν τῇ Τροίᾳ) κατοικήσαντα [ὃν καὶ Πολυάρχη (Cod. Paris Πολυάρχην) φασὶ λέγεσθαι ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων], καὶ Ἠετίωνα, ὃν Ἰασίωνα (Cod. Paris. Ἡσίωνα) ὀνομάζουσι· καί φασι κραυνωθῆναι αὐτὸν ὑβρίζοντα ἄγαλμα (Cod. Paris. αὐτὸν διὰ τὸ ὑβρίζειν εἰς τὸ ἄγαλμα) τῆς Δήμητρος. τρίτην δὲ ἔσχεν Ἁρμονίαν, ἣν ἠγάγετο Κάδμος. (Cod. Paris. ἔγημεν ὁ Κάδμος. Sequentia idem sic praebet: *καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰς Θήβης πύλας Ἠλεκτρίδας ἐκάλεσαν ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς. Ταῦτα ἱστορεῖ κ. τ. λ.) καὶ ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς Ἠλεκτρίδας πύλας τῆς Θήβης ὀνομάσαι ἱστορεῖ Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ Τρωϊκῶν.*

Hic est ille locus, e quo ad fragm. XXIIII. dixi colligi posse, *τὰ Τρωϊκὰ* constituisse partem Atlantidos. Cf. *Ovid.* fastt. 4, 31. sqq. De Eetione s. Iasione, qui etiam Iasius dicitur ab *Hesiodo* theog. 969. v. fr. C. *Harmonia* igitur, quam Cadmus vxorem duxit, h. l. dicitur Electrae filia, Atlantis neptis. Eodem modo, quo Hellanicus, Harmoniae genealogiam tradunt *Ephorus* et *Demagoras* apud *Schol. Eurip.* Phoenn. 7. Cf. ad v. 1136. item *Arrianus* apud *Eustathium* ad *Dionys. Perieg.* 391. Sed *Hesiodus* theog. 933. *Pausan.* 9, 5. p. 719. *Apollodor.* 3, 4, 2. Veneris et Martis filiam esse dicunt. Omnino Hellanicum secutus videtur Schol. Cod. Aug. ad *Eurip.* Phoenn. 1146.

LXXII.

Steph. Byz. Βατλεια, τόπος τῆς Τροίας ὕφηλος· κέκληται ἀπὸ Βατείας τινὸς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Τρωϊκῶν.

Locum illum describit *Homerus* Il. β, 811. sqq. Sed *Βάτεια* siue poetice *Βατλεια* vocata fuit Dardani vxor, quam alii faciunt Trois filiam, vt *Steph. Byz.* in v. *Δάρδανος*, vbi tamen *ὁ Τρὼς* nemo alius esse videtur quam Teucer, quem paulo ante *Steph.* dixerat *Τεῦκρον τὸν Τρῶα*, Teucrum Troianum, per prolepsin historicam, alii vel potius omnes Teucri Cretis, v. c.

Digitized by Google

Diodor. Sic. 4, 75. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 29. 1308. qui tamen priori loco Batiam male vocat Scamandri sororem, sed ad v. 1302. recte Scamandri filiam, et aeque recte eandem dicit et Ἀρίσβην vocari et *Βάτειαν*. Nam non solum *Etym. M.*, Ἀρίσβη, inquit *πόλις· ἀπὸ Ἀρίσβας, θυγατρὸς Τεύκρου, ἣν ἔγημε Δάρδανος*, sed etiam *Steph. Byz.* haec habet in v. Ἀρίσβη· *Κεφάλων φησὶν, ὅτι Δάρδανος ἀπὸ Σαμοθράκης ἐλθὼν εἰς τὴν Τρωάδα, τὴν Τεύκρου τοῦ Κρητὸς θυγατέρα γαμεῖ Ἀρίσβην. Ἑλλάνικος δὲ Ἄτειαν αὐτὴν φησιν.* vbi, nisi hanc lectionem defendere velis e dialecto Aeolica, qua v. c. *βαβέλιος* dicitur pro *ἀέλιος* et *βραδινὸς* pro *ῥαδινὸς*, (v. *Eustath.* ad *Homer.* Odyss. *α*, p. 1387, 40. *Maittaire* de Graecae linguae dialectis p. 220 — 222. meae editionis, et *Spanhem.* ad *Callim.* h. in L. P. 27. et 72.) ita vt verum nomen Ἄτεια putandum sit, quod Cretenses *Βάτειαν* pronunciauerint, cum *Meursio* et *Salmasio* legendum est *Βάτειαν*.

LXXIII.

Harpocrat. Κριθωτὴ, μία πόλις τῶν ἐν Χερρονήσῳ, καθά φησιν Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Τρωϊκῶν.

Steph. Byz. vocat oppidum Hellesponti. Cf. *Holsten.* ad h. l.

LXXIII. b.

Scholia Leidensia ad *Homer.* Il. *φ*, 235. (242.) apud *Valckenar.* Animaduerss. ad *Ammonium* 3, 20. p. 248. (188.) *Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Τρωϊκῶν· ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ἐν τῇ Ἴδῃ, ὅθεν γὰρ ὁ Σκάμανδρος τὸ ῥεῖθρον ὑπερβαλὼν, ὑπὸ τοῦ ὀμβρίου ὕδατος τὸ ἔχον κοῖλα χωρία ἐπῆλθεν, ἐν τῷ ῥοῖ τούτῳ ὁ Ἀχιλλεὺς ἡγούμενος τοῦ στρατοῦ πρῶτος ἐνέτυχε, καὶ δείσας τὸν ῥοῦν, μή τί μιν πημήνῃ, ἐν τῷ πεδίῳ πτελέας πεφυκυίας λαβόμενος, ἐμετεώρισεν ἑαυτόν· οἱ δ' ἄλλοι προϊδόμενοι τὸν ῥοῦν, ἐτράποντο, ὅπου ἐδύνατο ἕκαστος, ἄλλος ἄλλῃ, καὶ ἐπὶ τὰ τῶν ὀρῶν ὑπερέχοντα τοῦ πεδίου ἀνέβαινε.*

In *Scholiis Villoisonianis*, vbi eadem leguntur, post

Digitized by Google

verba *ἐν τῇ Ἰδῃ* insertum est *φησὶ*, quo non opus est, (conf. ad fragm. IIII.) et pro *ὅθεν γὰρ* scriptum *ὅθεν καὶ*, quod probo. Male vero *τί μην* pro *τί μιν* extat, *τῷ* ante *πεδίῳ* deest, et pro *ἐδύνατο* est *ἐδύναντο*, quod ferri vix potest, quia *ἀνέβαινε* sequitur. Delenda etiam videtur praepositio *ἐν* post *ἐπῆλθεν*, vtpote nata ex vltima huius verbi syllaba.

LXXIIII.

Steph. Byz. *Ἀγάμεια, ἄκρα καὶ λιμὴν περὶ τὴν Τροίαν, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ.*

Cur hunc locum, quamuis nomine operis careat, huc referendum putauerim, apparebit ex iis, quae dixi ad fragm. XV. et XVI. De promontorio ipso non habeo quod dicam, nisi quod etiam *Ἀγάμη* dictum est.

ΦΟΙΝΙΚΙΚΑ.

Ge. Cedrenus in synopsi historiarum T. I. p. 11. C. ed. Paris. 1647. fol. *οἱ δὲ τὰ Φοινικὰ συγγραψάμενοι, Ἡσίοδός τε καὶ Ἑκταῖος, Ἑλάνικος, καὶ ὁ Ἀκουσίλαος, Ἔφορός τε καὶ Νικόλαος.*

Possit quis ex h. l. colligere, integrum opus Hellanicum scripsisse de rebus Phoenicum, et ipse supra in Commentat. §. 9. hoc vno loco motus ostendi, Hellanicum dici res Phoenicum scripsisse. Videtur saltem hoc sibi voluisse *Cedrenus*, ne has quidem Hellanicum praeteriisse, quia nec reliqui, qui hic recensentur, peculiaribus operibus de Phoenicum rebus exposuisse leguntur. At vero vt nomina *Ἑκταῖος* et *Ἑλάνικος* scribenda esse apparet *Ἑκαταῖος* et *Ἑλλάνικος*, ita pro *Φοινικὰ* sine vlla dubitatione reponendum censeo *Φρινικικά*. Nam *Steph. Byz.* in v. *Φοινίκη, τὸ κτητικὸν*, inquit, *Φοινικικός*. Eodem modo peccatum est apud *Iamblich.* in vita Pythag. §. 14. Male enim ibi legitur *Φοινικὸν ὄρος*. Alia nonnulla ex hoc genere addidi ad *Dion. Cass.* Vol. I. p. 48. sq. In *Platonis* lib. 3. de rep. T. II. Opp. p. 414. C.

Digitized by Google

recte editum est *Φοινικικόν τι*. Sed vt verum fatear, mihi quidem totus *Cedreni* locus nullo modo huc posse referri videtur. Desumtus enim est, sed passim vitiose exscriptus, ex *Iosephi* archaeol. 1, 4. extr. vbi haec leguntur: *καὶ Μανέθων ὁ τὴν τῶν Αἰγυπτίων ποιησάμενος ἀναγραφὴν, καὶ Βηρωσσὸς ὁ τὰ Χαλδαϊκὰ συναγαγὼν, καὶ Μῶχός τε καὶ Ἑστιαῖος, καὶ πρὸς αὐτοῖς ὁ Αἰγύπτιος Ἱερώννυμος *), οἱ τὰ Φοινικικὰ συνταξάμενοι, συμφωνοῦσι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις· Ἡσίοδός τε, καὶ Ἑκαταῖος καὶ Ἑλλάνικος, καὶ Ἀκουσίλαος — ἱστοροῦσι τοὺς ἀρχαίους ζήσαντας ἔτη χίλια. Eusebius*, qui eundem locum excerpsit (v. fragm. CXXVIII.), praeter alias, quae non huc pertinent, lectionis diuersitates, post *Ἱερώνυμος* habet *οἵ τε*.

*) Quum *Hieronymus*, quem *Damascius περὶ ἀρχῶν*, in *Ioh. Chph. Wolfii* Anecdotorum Graecorum Tomo III. (Hamburgi 1723. 8.) p. 253. dicit non minus quam Hellanicum de Orphica theologia tradidisse, diserte in *Iosephi* loco *Aegyptius* appellatur: apparet, non cum *Tiedemanno* (Vid. ad *Pherecydis* fragmenta p. 54. edit. 2. not. †) intelligendum esse Rhodium, philosophum peripateticum. Verba *Damascii* sunt: *ἡ δὲ κατὰ τὸν Ἱερώννυμον φερομένη (Ὀρφικὴ Θεολογία), καὶ Ἑλλάνικον, εἴπερ μὴ καὶ ὁ αὐτός ἐστιν*, quae sic interpretor: *nisi quidem alter ex altero sua hausit, ita vt ambo non nisi vnius auctoris loco habendi sint.* Vter autem alterum secutus sit, nos hodie ignoramus. Conf. quae in Biblioth. crit. Vol. II. P. II. p. 88. disputata sunt, et *Tertullian.* in Apologetico cap. 19.

Φ Ο Ρ Ω Ν Ι Σ.

Nomen Phoronei, regis Argiuorum, qui fuit Inachi filius ex Melia, Oceani filia (vt quidem tradunt *Schol. Eurip.* Orest. 930. et 1247. atque *Apollodor.* 2, 1, 1. etc.), nobilissimum fuit apud veteres. A Phoroneo enim, tanquam antiquissimo, vltima temporum computatio incipiebat: quod intelligi potest e loco *Africani* supra ad fragm. X. laudato, vbi *Acusilaus* a Phoroneo, vt *Hellanicus* ab Ogyge, ad Olympiadem primam computasse dicitur annos mille et viginti. Nimirum Ogyges iisdem

Digitized by Google

fere temporibus, quibus Phoroneus Argi regnauit, regnasse traditur, ab aliis in Boeotia, ab aliis in Attica. Et multum Phoroneo aucta videtur nominis celebritas eo, quod primus homines coegit in locum communem, quum antea sparsim et separatim habitassent. Vnde etiam oppidum illud, quod habitari iussit ab hominibus sui temporis, nominatum fuit ἄστυ Φορωνικόν. v. *Pausan.* 2, 15. p. 145. Non igitur mirum esse potest, etiam antiquissimis temporibus res ab eo gestas, omninoque quae ad eius historiam spectarent, extitisse et poetis et historicis materiem occasionemque scribendi. Et epicum quidem carmen antiquissimum, Φορωνὶς inscriptum, cuius auctor ignotus est, (v. tamen infr. ad fragm. CXXXXIII.) commemoratur a *Schol. Apollon.* 1, 1129. vbi etiam sex versiculi ex eo laudantur, et *Clemens Alexandr.* stromm. 1. p. 321. A. ὁ τῆς Φορωνίδος ποιητὴς, inquit, εἶναι αὐτὸν (nempe Phoroneum) ἔφη πατέρα θνητῶν ἀνθρώπων. Non paucos versiculos ex illo poemate depromtos idem *Clemens* affert p. 348. D. sq. Laudatur etiam a *Strabone* 10, p. 472. A. ὁ τὴν Φορωνίδα στέψας, vbi videtur legendum ποιήσας vel γράψας. *Tzschuckius* tamen putat, verbum στέφειν explicari posse *exornare*, *ornate describere*. Exposuerat ille poeta etiam de Curetibus: αὐλητὰς καὶ Φρύγας Κουρῆτας λέγει. Ex historicis autem Hellanicus noster tantum tribuisse reperitur Phoronei nomini, vt ab eo peteret inscriptionem operis de Argiuorum originibus rebusque gestis. Complexa est Hellanici Phoronis libros decem. v. fragm. XX.

LXXV.

Proclus ad *Hesiod.* p. 141. b. Ἑλλάνικος Φωρωνίδι ἀπὸ Ὀρφέως φησὶν εἶναι τὸν Ἡσίοδον.

Pro Φωρωνίδι legendum esse Φορωνίδι, vix opus est vt indicetur. — Aliam genealogiam Hesiodi affert *Suidas*: Ἡσίοδος, inquit, — γενεαλογεῖται εἶναι τοῦ Δίου, τοῦ Ἀμπελίδου, τοῦ Μελανώπου· ὃν φασί τινες τοῦ Ὁμήρου προπάτορος εἶναι πάππον· ὡς ἀνεψιάδην εἶναι Ἡσιόδου τὸν Ὁμη-

Digitized by Google

ρον, ἑκάτερον δὲ ἀπὸ τοῦ Ἄτλαντος κατάγεσθαι. Cf. fragm. CXXXXV.

LXXVI.

Dionys. Halic. archaeol. 1. p. 22, 27. Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος τοὺς Τυῤῥηνούς φησι, Πελασγοὺς πρότερον καλουμένους, ἐπειδὴ κατῴκησαν ἐν Ἰταλίᾳ, παραλαβεῖν ἣν ἔχουσι προσηγορίαν. ἔχει δὲ αὐτῷ ἐν Φορωνίδι ὁ λόγος ὧδε·

τοῦ Πελασγοῦ, τοῦ βασιλέως αὐτῶν, καὶ Μενίππης τῆς Πηνειοῦ, ἐγένετο Φράστωρ· τοῦ δὲ, Ἀμύντωρ· τοῦ δὲ, Τευταμίδης· τοῦ δὲ, Νάνας, ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος, οἱ Πελασγοὶ ὑφ' Ἑλλήνων ἀνέστησαν, καὶ ἐπὶ Σπινῆτι ποταμῷ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ τὰς νῆας καταλιπόντες, Κρότωνα πόλιν ἐν μεσογείῳ εἶλον· καὶ ἐντεῦθεν ὁρμώμενοι τὴν νῦν καλουμένην Τυῤῥηνίαν ἔκτισαν.

Quum de Pelasgorum historia veteres non consensisse reperiantur, et nominatim, id quod *Dionysius* statim addit, de hoc quoque eius capite dissenserit ab Hellanico *Myrsilus*, qui et ipse fuit Lesbius, nolo diuersis sententiis enumerandis tempus impendere, quae maximam partem hauriri poterunt ex iis scriptoribus, quos laudaui in diss. I. de dial. Alex. p. 10. siue in libro de dial. Macedon. et Alex. p. 9. Sic, vt hoc vnum afferam, quem Teutamiden Hellanicus vocat, is apud *Apollodor.* 2, 4, 4. dicitur Teutamias. Sed *Tzetz.* ad *Lycophr.* 838. meminit Τευταμίδου, τοῦ Λαρισσείων βασιλέως. *Myrsilus* ille an maiore quam Hellanicus fide dignus putandus sit, nemo hodie dixerit. Quin ne id quidem scimus, an Myrsilum eundem auctorem habeant Ἱστορικὰ Παράδοξα, quae ab *Athenaeo* 13, p. 610. A. laudantur. *Plinius* quoque Hist. Nat. 3, 7, 13. et 4, 12, 22. nudum Myrsili nomen ponit, omisso patriae nomine. Hoc vero certum puto, duo illos de origine Italiae et Tyrrhenorum libros, qui *Myrsili Lesbii* nomen prae se ferunt, et *Onuphrii Panuinii* libris tribus Commentariorum reipublicae Romanae, Paris. 1588. 8. editis, adiecti reperiuntur, supposititios esse, et fortasse ab ipso *Annio*

Digitized by Google

Viterbiensi, qui primus eos protulerat, confictos censendos.

LXXVII.

Schol. Apollon. 3, 1178. *περὶ τῆς Κάδμου εἰς Θήβας παρουσίας Ἀυσίμαχος ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Θηβαϊκῶν παραδόξως ἱστορεῖ· καὶ Ἑλλάνικος ἐν ᾱ Φορωνίδος· ἱστορῶν ὅτι καὶ τοὺς ὀδόντας ἔσπειρε τοῦ δράκοντος κατὰ Ἄρεος βούλησιν· καὶ ἐγένοντο πέντε ἄνδρες ἔνοπλοι, Οὐδαῖος, Χθόνιος, Πέλωρ, Ὑπερήνωρ, Ἐχίων.* Et ad v. 1185. *λέγει δὲ καὶ Ἑλλάνικος, ὅτι Κάδμος ἐξελὼν τοῦ ὄφεως τοὺς ὀδόντας ἔσπειρεν. ἐκ δὲ αὐτῶν πέντε ἄνδρες ἔφυσαν, Οὐδαῖος, Χθόνιος, Πέλωρ, Ἐχίων, Ὑπερήνωρ. καὶ ὁ μὲν Ἑλλάνικος μόνους φησὶ τούτους βεβλαστηκέναι, ὁ δὲ Ἀπολλώνιος πολλοὺς καὶ ἄλλους, καὶ ἀλλήλους πεφονευκέναι.*

Ex his duobus locis, qui in Scholiis Codicis Parisiensis in vnum contracti sunt, hausit sua *Phauorinus* in v. *Κάδμος*, vbi tamen, vt apud *Eudociam*, quae, p. 248. et 249. Violarii, verbis paulum mutatis eadem tradidit, priori loco pro Ὑπερήνωρ perperam Περήνωρ scriptum est. Nam Ὑπερήνωρ Spartus iste dicitur ab omnibus, etiam a *Schol. Eurip.* Phoenn. 674. vbi *Androtion* dixisse perhibetur, Spartos illos inde nomen accepisse, quod Cadmum e Phoenicia secuti σποράδην habitauerint, it. ad v. 949. vbi tamen *Πέλωρ* dicitur *Πέλωρος*, quae eadem terminatio est apud *Pausan.* 9, 5. p. 719. et apud *Schol. Pindar.* Isthm. 1, 41. in cuius loco pro *Ἐχίων* apud *Boeckhium* quoque male editur Ἐχῖος. Hi igitur quinque soli seruati sunt ex Spartis (v. *Schol. Eurip.* ll. ll. qui tamen loco priori addit, *Timagora* auctore etiam Creontem seruatum fuisse.); et qui ab his genus ducebant, Thebanorum nobilissimi putabantur. (v. *Accius* apud *Nonium* p. 426, 2. ed. *Mercer.* Paris. 1614. 8. Cf. *Ioh. Iönsen.* epist. de Spartis, in *Graevii* syntagm. dissertt. rarior. p. 205 — 225.) Vnde apud *Eurip.* Phoenn. 828. Sparti vocantur *Θήβαις κάλλιστον ὄνειδος*, et v. 1015. *ἄνακτες τῆσδε*

Digitized by Google

γῆς. vbi tamen v. Schol. Baroc. Echionem Cadmus ipse ob ἀνδραγαθίαν generum sibi adsciuit, et genuit Echion ex Agaue Penthea. v. *Pausan.* l. l. et *Pherecydis* fragm. XVI. — Pro κατὰ Ἄρεος βούλησιν supra fragm. XXVI. legitur τῆς Ἀθηνᾶς αὐτῷ ὑποθεμένης.

Ad hanc eandem historiam pertinet locus *Schol. Eurip.* Phoenn. 666. ὁ μὲν Ἑλλάνικος λίθῳ φησὶν ἀναιρεθῆναι τὸν δράκοντα, ὁ δὲ Φερεκράτης ξίφει.

Laudat hunc locum *Heyn.* ad *Apollod.* p. 554. sed quod salua summa eius doctrina dixerim, ita, vt dupliciter mihi errasse videatur. Primo enim pro Φερεκράτης, quod in omnibus editt. legitur, habet Φερεκύδης, de qua mutatione, ex *Valckenarii* ingenio profecta, et quam *Matthiae* in sua *Scholiorum Eurip.* editione p. 146. recepit, ne verbulum quidem dixit; deinde Scholiasten dicit inuerse rem narrare et nomina Pherecydis et Hellanici permutasse: quod plane verum esse nego. Nam *Apollodorus* 3, 4, 1. et *Scholiastes Apollonii*, ad quem prouocat *Heynius*, non ipsum draconem lapide occisum fuisse narrant, sed Cadmum lapidibus petiisse illos γηγενεῖς, qui deinde se ipsi mutuo interfecerint. *Hyginum* rectius laudauit fab. 178. vbi cum Hellanico consentit, vt *Ovid.* met. 3, 90. cum Pherecrate. Non igitur eandem rem narrarunt *Hellanicus* et *Pherecydes*. Haec propterea mihi afferenda putaui, ne forte quis, non inspectis locis ipsis, solam viri magni auctoritatem secutus, errorem latius propaget. De draconе quaedam dixit *Muncker.* ad *Antonin. Liber.* 2. Ceterum etsi Cadmus tribus fere seculis Phoroneo iunior est, et Thebis in Boeotia regnauit, non tamen reprehendendus videtur Hellanicus, qui eius omnino que Boeotorum res in Phoronide potissimum narrauerit. Nam iam supra ad fragm. VII. e *Pausania* narraui, ipsum Agenorem, Cadmi patrem, genus duxisse a Phoroneo. Cf. *Schol. Eurip.* Phoenn. 212. 298. Quare etiam *Βοιωτιακὰ* dixi fortasse referenda esse ad Phoronidem. — Locos e Phoronidis libro secundo et decimo attuli iam fragm. LII. et XX.

Digitized by Google

Iam postquam eos Hellanici locos attuli, qui ab antiquis scriptoribus ita laudantur, vt operis nomen additum reperiatur, pergendum est ad illos, qui carent operis nomine. In his ordinandis *Dionysium Halicarnassensem* secutus sum (v. supr. §. 11.), quo auctore Hellanicus non temporum rationem sequendam sibi putauit in narrandis historiis, sed de quoque loco narrauit, quae ibi memorabilia gesta sint, non admodum curans, quid prius tempore esset, quidue posterius. Cur hanc potissimum ordinandi viam, quam non nego neque ignoro admodum lubricam esse, ingressus sim, causa fuit haec, quod nulla mihi nota esset firmior. Qualem si quis mihi monstrare voluerit, magnam ei gratiam habebo, satis habens periculum fecisse. Refero igitur

AD *AIΓΥΠΤΙΑΚΑ*.

LXXVIII.

Antigon. Caryst. hist. mirabilium c. 139. sq. Vol. VII. Opp. *Meursii* p. 54. *Ἑλλάνικος δ' ὁ Λέσβιος ἐν Θήβαις ταῖς Αἰγυπτίαις ἱστορεῖ σπήλαιον ἐν ἄστει, καθ' ὃ εἶναι τὰς μὲν τριακάδας, νηνεμίαν· τὰς δ' ἄλλας ἡμέρας, ἄνεμον. δόξαι δ' ἀνεξέταστόν τι ἔχειν καὶ δυσπαρατήτον ἡ ἐκλογὴ, καθάπερ ὁ Εὔριπος ταῖς ἑβδόμαις οὐ στρέφεται· καὶ ὅτι οἱ μύρμηκες νουμηνίαις ἀναπαύονται.*

De priori huius loci parte, vsque ad *ἄνεμον*, consentit cum Hellanico *Callimachus* apud *Steph. Byz.* in v. *Θήβη· κατὰ τὰς Αἰγυπτίας Θήβας*, inquiens, *ἔστι σπήλαιον, ὃ ταῖς μὲν ἄλλαις ἡμέραις πληροῦται ἀνέμου· κατὰ δὲ τὰς τριακάδας οὐ πνεῖ παντελῶς.* Quae deinde sequuntur, dubito an ad Hellanicum tanquam ad auctorem referenda sint, immo puto *Antigoni* verba esse, et vocabulo *ἐκλογὴ* illum ipsum Hellanici locum intelligi, ad quem illustrandum similia afferat mirabilium scriptor. Quare *δόξαι* non vt infinitiuum accipiendum esse arbitror, sed vt tertiam personam optatiui in aoristo primo. Vnde

Digitized by Google

porro coniicio, ante *ἀνεξέταστον* excidisse particulam *ἂν* et pro *δυσπαραπήτον*, quod verbum nihili est, legendum videtur *δυσπαράδεκτον*; *vix probabile*, *vix credibile*, vel etiam *difficile intellectu*. Nam in litteris *EK* facile extingui potuerunt lineae subtiliores, ita vt existeret Π. Iam sumamus, eum, qui forte dictaret illum locum librario, inuenisse in codice suo *ΔΥΣΠΑΡΑΔΙΙΤΟΝ*, quid mirum est, librarium, qui nullo modo intelligeret monstrosum vocabulum, etiam δ̄ mutasse in τ̄? Ipsum nomen *δυσπαράδεκτος* *Stephanus* posuit quidem in Indice Thesauri Graecae linguae, et vertit *difficilis admissu s. perceptu*, nulla vero auctoritate muniuit. Sed in Londinensi Thesauri illius editione Vol. III. p. 3250. A. laudati sunt loci *Cyrilli*, *Basilii*, *Ioh. Chrysostomi*. Et *δυσπαραδέκτως ἔχειν* legitur apud *Polybium* XII. 4, 7. quae formula non minus quam adiectiuum illud tam actiue dicitur, quam passiue. Praeterea *ἀπαράδεκτος* et *εὐπαράδεκτος* passiue vsurpata reperiuntur in *Apollonii Dyscoli* libris de Syntaxi, vt p. 75, 17. p. 85, 4. p. 86, 4. p. 165, 23. p. 195, 15. 16. p. 213, 12. et pluribus locis, quos *Sylburgius* in Indice laudauit. Verbum *στρέφεσθαι*, de fluuio dictum, puto esse *fluere*, *fluctuare*. Sed hoc loco, vbi de Euripo dicitur, rectius vertas *reciprocare*. Ita enim *Plinius* H. N. 2, 97. s. 100. „*Euripi* „*saepius*, et in *Euboea* septies, die ac nocte *reciprocantis*."

LXXVIIII.

Etymol. M. Ἐρεμβοί, οἱ Ἄραβες. — Ἐρεμβοὺς οἱ μὲν τοὺς Ἄραβας φασὶν, ὡς Ἑλλάνικος. ἔνιοι δὲ, τοὺς Τρωγλοδύτας ἤκουσαν. *Tzetzes* ad *Lycophr.* 827. et ex eo *Phavor.* in v. Ἐρεμβοί· Ἑλλάνικός φησι τοὺς Ἐρεμβοὺς περὶ τὰς Νείλου ῥοὰς οἰκεῖν. Horum viuendi rationem describere dicunt *Diodorum*. Erant autem Erembi, vt recte dicit *Simson.* ad a. 2828., genus Arabum, qui inter Nilum et mare rubrum habitarunt. Conf. *Homer.* Od. δ, 84. ibique *Eustath.* p. 1484, 62. item *Strab.* 1,

1, p. 42. et *Theodor. Iac. Ditmar.* vom Zustande Canaans, Arabiens und Mesopotamiens in den ältesten Zeiten, (Berol. 1786. 8.) p. 30. sq. qui Erembos ait in specubus habitasse inter Sidonios et Aethiopas Asiae, nomenque non male deriuare videtur ab Hebraico אֶרֶבּ, quod stirpis principem significat.

LXXX.

Plutarch. de Is. et Osir. T. II. opp. p. 364. D. τὸν Ὄσιριν Ἑλλάνικος Υ̓͂σιριν ἔθηκεν, ἀκηκοέναι ὑπὸ τῶν ἱερέων λεγόμενον. οὕτω γὰρ ὀνομάζων διατελεῖ τὸν θεὸν, εἰκότως ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ τῆς εὑρέσεως.

De Osiride praeter *Rothii* dissertationem ad fragm. III. laudatam, inprimis vid. *Iablonski* panth. Aegypt. 2, 1. qui etiam §. 10. et 13. hunc Hellanici locum tractat, et dicit, fortasse per Υ nomen illud a quibusdam tantum Aegyptiis pronunciatum esse ob diuersam, qua vterentur, dialectum, sed fortasse etiam ex ipsis Aegyptiorum sacerdotibus quosdam illud ita interpretatos esse, vt significaret *regem seruatorem* vel *salutis auctorem.*

LXXX. b.

Athenaeus 1, p. 34. A. Θεόπομπος ὁ Χῖος τὴν ἄμπελον ἱστορεῖ εὑρεθῆναι ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τὸν Ἀλφειόν· — Ἑλλάνικος δέ φησιν, ἐν τῇ Πλινθίνῃ πόλει Αἰγύπτου πρώτῃ εὑρεθῆναι τὴν ἄμπελον.

Eustathius ad *Homer.* Odyss. ι, p. 1635, 16. nulla Hellanici mentione facta, simpliciter scripsit haec: ὁ Ἀθήναιος — ἱστορεῖ, — ἄμπελον εὑρεθῆναι πρῶτον ἐν τῇ Πλινθύνῃ πόλει Αἰγύπτου.

Hi duo loci alter alterum iuuant. Nam πρῶτον recipere haud dubie debebat *Schweighäuserus*, sed apud *Eustathium* reponendum puto Πλινθίνῃ. quae ipsa est *Cellarii* in Notitia Orbis antiqui sententia, et *Wesselingii* ad *Herodot.* 2, 6. — A quo vitis et ars vini parandi inuenta sit, diuersa tradidere veteres. Vid. *Athenae.* lib. 2.

Digitized by Google

init. et *Musonius* Philosophus de luxu Graecorum (in *Gronouii* thes. antiquitt. Graec. Vol. VIII.) cap. 3.

In Aegyptiacis Hellanicus haud dubie etiam ea posuisse putandus est, quae eum de Orphica theologia, hoc est cosmogonia, docuisse ex *Damascio* retuli ad *Φοινικικά*. Dubitari enim vix potest, quin Lesbius noster Hellanicus intelligendus sit.

LXXXI.

Iustinus Martyr cohortat. ad Graecos p. 10. A. ed. Paris. 1615. fol. primo *Polemonem* et *Apionem* ait tradidisse, *κατὰ Ἴναχον, Ἄργους βασιλέα, Ἀμάσιδος Αἰγυπτίων βασιλεύοντος, ἀποστῆναι Ἰουδαίους, ὧν ἡγεῖσθαι Μωϋσέα.* Deinde addit: *καὶ οἱ τὰ Ἀθηναίων δὲ ἱστοροῦντες, Ἑλλάνικός τε καὶ Φιλόχορος, οἱ τὰς Ἀτθίδας, Κάστωρ τε καὶ Θάλλος, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ, — ὡς σφόδρα ἀρχαίου καὶ παλαιοῦ τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντος Μωσέως μέμνηνται.*

Haec vtrum *Iustinus* ex aliqua Hellanici narratione collegerit, an spurium aliquem eius librum pro genuino habuerit, equidem definire non audeo. Hoc certum est, non solum Hellanico, sed etiam aliis historicis Graecis, Mosen innotuisse dici etiam a *Cyrillo* lib. 1. contra Iulian. p. 15. ed. *Spanhem.* *ὅτι τοῖς Ἑλλήνων ἱστοριογράφοις γνωριμώτατος ἦν ὁ Μωσῆς, ἐξ αὐτῶν ὧν γεγράφασιν ἔξεστιν ἰδεῖν. Πολέμων τε γὰρ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν διεμνημόνευσεν αὐτοῦ, καὶ Πτολεμαῖος δὲ Μενδήσιος, καὶ μὴν καὶ Ἑλλάνικος, καὶ Φιλόχορος, Κάστωρ τε, καὶ ἕτεροι πρὸς τούτοις.* Inachum etiam *Tatianus* orat. contra Graecos p. 172. B. eiusd. edit. facit Mosis aequalem. Eius verba sunt: *εἰ κατὰ Ἴναχον πέφηνεν ὁ Μωσῆς γεγονὼς, πρεσβύτερός ἐστι τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι τετρακοσίοις.* Sed et *Tatianum* et alios scriptores ecclesiasticos, contra ethnicos disputantes, interdum studio res Graecorum Mose recentiores fecisse, vt eo fortius eorum, qui antiquitatem suam iactitarent, vanitatem reprimerent, iam

Digitized by Google

Buddeus observauit in hist. eccl. V. T. T. I. p. 380. b. ed. 3. Hal. 1726.

AD *AIOLIKA*:

(VEL AD *ΑΡΓΟΛΙΚΑ*:)

LXXXII.

Zenob. prouerbb. 5, 61. *Πιτάνη εἰμί. αὕτη* (nempe *ἡ παροιμία*) *παρ' Ἀλκαίῳ κεῖται. λέγεται δὲ κατὰ τῶν πυκναῖς συμφοραῖς περιπιπτόντων ἅμα καὶ εὐπραγίαις. παρόσον καὶ τῇ Πιτάνῃ τοιαῦτα συνέβη πράγματα, ὧν καὶ Ἑλλάνικος μέμνηται. φησὶ γὰρ αὐτὴν ὑπὸ Πελασγῶν ἀνδραποδισθῆναι, καὶ πάλιν ὑπὸ Ἐρυθραίων ἐλευθερωθῆναι.*

Πιτάνη fuit Aeolidis oppidum, (v. *Steph. Byz.* in h. v. ibique *Holsten.*) quanquam *Scholiastes Callimachi* ad Hymn. in Dian. 172. scripsit: *Πιτάνη, πόλις Μακεδονίας.* de quo Scholiastae errore fuse dixit *Spanhemius* ad eundem *Callimachi* locum, vbi altera Pitane, quae ad Eurotam in Laconica erat, intelligenda est. *Phauorinus* et *Suidas*, qui totum *Zenobii* locum exscripsere, male habent *Πιτνάνη*. Apud eosdem legitur *Ἐρετριέων*. Iam etsi duae huius nominis ciuitates fuerunt, vna in Phthiotide, altera in Euboea, tamen vtraque nimis remota fuit ab Aeolide. *Erythrae* autem fuit vnum e duodecim illis Ioniae oppidis, quae statim post migrationem Ionicam, Neleo duce susceptam, condita sunt. v. fragm. XI. De prouerbio ipso eiusque origine nihil praeter *Zenobii* traditionem afferre sciunt *Erasmus* aliique paroemiographi. Si lectionem *Ἐρετριέων*, quae non minus quam vitiosa scriptura *Πιτνάνη* etiam in *Photii* Lexico p. 317. a Codice Dresdensi exhibetur, veram esse constaret, non dubitarem etiam h. l. Pitanen Laconicam intelligere, vtpote quae alias quoque, vbi simpliciter *Πιτάνη* vocatur, intelligenda est, vt apud *Pausan.* 3, 16. p. 249. Etsi enim haec Pitana satis longe distat ab Eretria, tamen eam multo quam Asiaticam maiore fama claram fuisse vel ex eo pro-

Digitized by Google

babile fit, quod *Alcmanem* de Pitana Laconica cecinisse scimus ex *Athenae.* 1, p. 31. C. Ita hoc prouerbium potius ex *Hellanici Ἀργολικοῖς* illustrandum iudicasse *Zenobius* dicendus fuerit. Quia vero prouerbium sic potissimum, *Πιτάνη εἰμί*, quasi de aliqua persona, dictum fuit, vix dubium videtur, quin Pitana, Eurotae filia, Euadnes mater, intelligi debeat, de qua vid. *Pindar.* Olymp. 6, 46. sqq. ibique *Schol.*

Locum *Hellanici* de vrbe Asso, qui ad *Αἰολικὰ* referendus videtur, supra iam tetigi §. 6.

AD *ΑΡΓΟΛΙΚΑ*:

LXXXIII.

Phavorin. Φινέα, Ἀγηνορίδην Ἑλλάνικος εἶπε; καθὸ Ἀγήνορός ἐστι παῖς. Haec contraxit *Phavor.* ex iis, quae habet *Schol. Apollon.* 2, 178. qui insuper addit haec: *ἔνιοι δὲ αὐτὸν ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ βασιλεῦσαι ἱστοροῦσιν, ἥτις ἐστὶ τῆς Ἀσίας, ὥς φησιν Ἑλλάνικος.*

Conferenda inprimis sunt Scholia Codicis Parisini, quali Codice videtur vsus esse *Phauorinus.* Scilicet maxime tres fuerunt Phinei: primus, Beli filius, frater Cephei, (v. ad fragm. LXIIII.) Aethiopiae regis; alter Agenore vel Neptuno natus, qui Salmydessi in Thracia, vel secundum Hellanicum in Paphlagonia, regnauit (v. *Apollod.* 1, 9, 21.), et quem alii Phoenicis filium atque adeo Agenoris nepotem vocant, qui in Phoenicia regnauerit; (v. *Schol. Apollon.* l. l. Cf. *Salmas.* ad *Solin.* p. 402. 570. 867.) tertius denique commemoratur ab *Apollod.* 3, 8, 1. Lycaonis filius.

LXXXIIII.

Schol. Apollon. 1, 131. et *Phavorin. Ὕλας, Ἡρακλέους ἐρώμενος, υἱὸς Θειοδάμαντος* (*Schol. Paris. Θειοδάμαντος*) *τοῦ Δρύοπος* (*Schol. Theocr.* in argumento Idyllii 13. corrupte exhibet *δρυτόμου*). *οὕτω Μνασέας. Ἑλλάνικος δὲ Θειομένητα· Θειοδάμαντος καλεῖ.*

Digitized by Google

Hellanici sententia haud dubie fuit alia, et locus emendandus est sic: *Ἑλλάνικος δὲ Θειομένητα* (vel *Θειομένη*) *ἀντὶ Θειοδάμαντος καλεῖ*. Nam in iisdem scholiis ad v. 1207. extat *Θειομένους*.. Hylae pater igitur Hellanico auctore fuit *Θειομένης*. Sed *Apollonius* 1, 1216. Hylam vocat *Θειοδάμαντος*. Quid sibi velint verba *τοῦ Δρύοπος*, ostendit *Scholiastes Callimachi* ad Hymn. in Dian. 161. *βασιλεὺς Δρυόπων ὁ Θειοδάμας*. Perperam autem *Schol. Theocr.* idyll. 13, 7. tradit, ab *Apollonio Rhodio* Hylam dictum fuisse *Φιλοδάμου καὶ Κύηκος* filium. In hoc Theocritei Scholiastae loco liceat obiter obseruare non modo librariorum veterum et editorum recentiorum negligentiam, (nam in omnibus quas inspexi, editionibus, etiam in Reiskiana, male legitur *Κύηκος* pro *Κήϋκος*, vt apud *Schol. Homer.* ad Il. ι, 558.) sed peculiarem quoque illius Scholiastae Theocritei idiotismum. Dicit enim, Hylam fuisse Philodami et Ceycis filium. Iam vero constat, Ceycem fingi Luciferi filium et Alcyones maritum. v. *Apollod.* 1, 7, 4. et *Ovid.* met. 11, 272. sqq. Itaque e nomine *Φιλοδάμου* exsculpendum putarem feminae alicuius nomen, nisi plane similis locus esset apud eund. Schol. 16, 49. *Κύκνον τὸν Ποσειδῶνος καὶ Κήϋκος*. (hoc loco enim recte editur.) Scilicet vel *καὶ* in lingua tum aliorum Scholiastarum, tum Theocritei huius Scholiastae, interdum est *vel*, vel tales loci explicandi sunt ita, vt et veri patris nomen, et nomen mariti, cum cuius vxore alius rem habuerit, allatum dicatur: huius generis exemplum est apud *Schol. Apollon.* 1, 146. *τὴν Λήδαν, οὖσαν Γλαύκου, κληθῆναι Θεσπίου*. Glaucus enim rem habuerat cum Pantidyia, quae quum postea Thespio nupsisset, filia quam ex Glauci concubitu conceptam peperit, Thespii filia putata et vocata fuit. Ita apud *Tzetz.* ad *Lyc.* 232. *Ἀχιλλεὺς ἀνεῖλε τὸν Κύκνον καὶ Τέννην, τὸν λόγῳ υἱὸν Κύκνου, ἔργῳ δὲ Ἀπόλλωνος*. qui duo loci praecipue rem illustrant. Conf. iterum *Schol. Apollon. Rhod.* 1, 172. 482. Ceterum consentit cum *Apollonio Propertius* 1, 20, 6. et *Ἀργεῖος παῖς* vocatur Hylas apud

Digitized by Google

babile fit, quod *Alcmanem* de Pitana Laconica cecinisse scimus ex *Athenae.* 1, p. 31. C. Ita hoc prouerbium potius ex *Hellanici* Ἀργολικοῖς illustrandum iudicasse *Zenobius* dicendus fuerit. Quia vero prouerbium sic potissimum, *Πιτάνη εἰμί*, quasi de aliqua persona, dictum fuit, vix dubium videtur, quin Pitana, Eurotae filia, Euadnes mater, intelligi debeat, de qua vid. *Pindar.* Olymp. 6, 46. sqq. ibique *Schol.*

Locum *Hellanici* de vrbe Asso, qui ad *Aiolikà* referendus videtur, supra iam tetigi §. 6.

AD *ΑΡΓΟΛΙΚΑ*:

LXXXIII.

Phavorin. Φινέα, Ἀγηνορίδην Ἑλλάνικος εἶπε, καθὸ Ἀγήνορός ἐστι παῖς. Haec contraxit *Phavor.* ex iis, quae habet *Schol. Apollon.* 2, 178. qui insuper addit haec: ἔνιοι δὲ αὐτὸν ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ βασιλεῦσαι ἱστοροῦσιν, ἥτις ἐστὶ τῆς Ἀσίας, ὥς φησιν Ἑλλάνικος.

Conferenda inprimis sunt Scholia Codicis Parisini, quali Codice videtur vsus esse *Phauorinus.* Scilicet maxime tres fuerunt Phinei: primus, Beli filius, frater Cephei, (v. ad fragm. LXIIII.) Aethiopiae regis; alter Agenore vel Neptuno natus, qui Salmydessi in Thracia, vel secundum Hellanicum in Paphlagonia, regnauit (v. *Apollod.* 1, 9, 21.), et quem alii Phoenicis filium atque adeo Agenoris nepotem vocant, qui in Phoenicia regnauerit; (v. *Schol. Apollon.* l. l. Cf. *Salmas.* ad *Solin.* p. 402. 570. 867.) tertius denique commemoratur ab *Apollod.* 3, 8, 1. Lycaonis filius.

LXXXIIII.

Schol. Apollon. 1, 131. et *Phavorin.* Ὕλας, Ἡρακλέους ἐρώμενος, υἱὸς Θειοδάμαντος (*Schol. Paris.* Θειοδάμαντος) τοῦ Δρύοπος (*Schol. Theocr.* in argumento Idyllii 13. corrupte exhibet δρυτόμου). οὕτω Μνασέας. Ἑλλάνικος δὲ Θειομένητα Θειοδάμαντος καλεῖ.

Digitized by Google

Hellanici sententia haud dubie fuit alia, et locus emendandus est sic: *Ἑλλάνικος δὲ Θειομένητα* (vel *Θειομένη*) *ἀντὶ Θειοδάμαντος καλεῖ*. Nam in iisdem scholiis ad v. 1207. extat *Θειομένους*.. Hylae pater igitur Hellanico auctore fuit *Θειομένης*. Sed *Apollonius* 1, 1216. Hylam vocat *Θειοδάμαντος*. Quid sibi velint verba *τοῦ Δρύοπος*, ostendit *Scholiastes Callimachi* ad Hymn. in Dian. 161. *βασιλεὺς Δρυόπων ὁ Θειοδάμας*. Perperam autem *Schol. Theocr.* idyll. 13, 7. tradit, ab *Apollonio Rhodio* Hylam dictum fuisse *Φιλοδάμου καὶ Κύηκος* filium. In hoc Theocritei Scholiastae loco liceat obiter obseruare non modo librariorum veterum et editorum recentiorum negligentiam, (nam in omnibus quas inspexi, editionibus, etiam in Reiskiana, male legitur *Κύηκος* pro *Κήϋκος*, vt apud *Schol. Homer.* ad Il. *ι*, 558.) sed peculiarem quoque illius Scholiastae Theocritei idiotismum. Dicit enim, Hylam fuisse Philodami et Ceycis filium. Iam vero constat, Ceycem fingi Luciferi filium et Alcyones maritum. v. *Apollod.* 1, 7, 4. et *Ovid.* met. 11, 272. sqq. Itaque e nomine *Φιλοδάμου* exsculpendum putarem feminae alicuius nomen, nisi plane similis locus esset apud eund. Schol. 16, 49. *Κύκνον τὸν Ποσειδῶνος καὶ Κήϋκος*. (hoc loco enim recte editur.) Scilicet vel *καὶ* in lingua tum aliorum Scholiastarum, tum Theocritei huius Scholiastae, interdum est *vel*, vel tales loci explicandi sunt ita, vt et veri patris nomen, et nomen mariti, cum cuius vxore alius rem habuerit, allatum dicatur: huius generis exemplum est apud *Schol. Apollon.* 1, 146. *τὴν Λήδαν, οὖσαν Γλαύκου, κληθῆναι Θεσπίου*. Glaucus enim rem habuerat cum Pantidyia, quae quum postea Thespio nupsisset, filia quam ex Glauci concubitu conceptam peperit, Thespii filia putata et vocata fuit. Ita apud *Tzetz.* ad *Lyc.* 232. *Ἀχιλλεὺς ἀνεῖλε τὸν Κύκνον καὶ Τέννην, τὸν λόγῳ υἱὸν Κύκνου, ἔργῳ δὲ Ἀπόλλωνος*. qui duo loci praecipue rem illustrant. Conf. iterum *Schol. Apollon. Rhod.* 1, 172. 482. Ceterum consentit cum *Apollonio Propertius* 1, 20, 6. et *Ἀργεῖος παῖς* vocatur Hylas apud

Digitized by Google

Theocritum 13, 49. Cf. *Virgil.* ecl. 6, 43. *Iunii* animaduers. 4, 2. et *Verheyk.* ad *Antonin. Liber.* p. 174.

LXXXIIII. b.

Schol. Platon. (ad Phaedon. T. I. Opp. p. 89. C.) pag. 11. ed. *Ruhnken.* Ἡρόδωρος καὶ Ἑλλάνικος φασὶν, ὡς ὅτε τὴν ὕδραν Ἡρακλῆς ἀνῄρει, τὴν Ἥραν αὐτῷ κάρκινον ἐφορμῆσαι· πρὸς δύο δὲ οὐ δυνάμενον μάχεσθαι, σύμμαχον ἐπικαλέσασθαι τὸν Ἰόλεων· καὶ ἐντεῦθεν ῥηθῆναι τὴν παροιμίαν (πρὸς δύο οὐδ' ὁ Ἡρακλῆς). Ἐμνήσθη δὲ ταύτης Πλάτων καὶ ἐν ιὰ Νόμων. (T. II. Opp. p. 919. B.)

Eadem habes in *Ioh. Phil. Siebenkeesii* Anecdotis Graecis p. 12. nisi quod hic est forma communis Ἰόλαον. — Coniunctionem ὡς, vt ὅτι, et similes, etiam ante Infinitiuum poni, non monuissem, nisi virum Graece non indoctum vidissem talia non concoquere posse, qua de re dixi in Addendis ad *Dionis Cassii* Vol. I. p. 638. Neque enim ἐφορμῆσαι in ἐφορμήσαι mutandum cuiquam videbitur, quanquam *Siebenkeesius* ita edidit, nisi etiam Ἡροδώρος et Ἰολάον scribendum opinetur. — ἐφορμῆσαι transitiue dictum esse, vt sit *irruere iussisse*, quilibet ipse intelligit. — De causa et occasione adagii valde diuersae sunt veterum sententiae. Vid. quae dixi ad *Pherecyd.* p. 181. et ad *Dionem Cass.* Vol. VII. p. 448. et *Zenob.* prouerbb. 5, 49. Sed cum Hellanico consentit *Plato* in Euthydemo T. I. Opp. p. 297. C.

LXXXV.

Schol. Homer. Π. β, 105. Πέλοψ, ἐκ προτέρας γυναικὸς ἔχων παῖδα Χρύσιππον, ἔγημεν Ἱπποδάμειαν τὴν Οἰνομάου, ἐξ ἧς ἱκανῶς ἐπαιδοποίησεν. Ἀγαπωμένου (*Wassenb.* Ἠγαπ.) δὲ ὑπ' αὐτοῦ σφόδρα τοῦ Χρυσίππου, ἐπιφθονήσαντες ἥ τε μητρυιὰ καὶ οἱ παῖδες, μή πως καὶ τὰ σκῆπτρα αὐτῷ καταλείψῃ, θάνατον ἐπεβούλευσαν Ἀτρεὺς καὶ Θυέστης, οἱ πρεσβύτατοι τῶν παίδων, αὐτῷ. Ἀναιρεθέντος οὖν τοῦ Χρυσίππου, Πέλοψ ἐπιγνοὺς, ἐφυγάδευσε

τοὺς αὐτόχειρας τῆς σφαγῆς γενομένους παῖδας, ἐπαρασάμενος αὐτοῖς καὶ τῷ γένει, δι' αὐτῶν ἀναιρεθῆναι. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἀλλαχῆ ἐκπίπτουσι τῆς πείσης. τελευτήσαντος δὲ τοῦ Πέλοπος, Ἀτρεὺς κατὰ τὸν (*Wassenb.* τὸ) πρεσβύτερον (*Villoison.* legit τὸ πρεσβυτέριον) σὺν στρατῷ πολλῷ ἐλθὼν ἐκράτησε τῶν τόπων. Ἱστορεῖ Ἑλλάνικος.

Quum haec historia notissima sit e multis illis tragoediis, quarum scribendarum occasionem praebuit, non opus est vt multis eam illustrem. Paucula quaedam annotabo. Imprecationum illarum mentionem etiam facit *Schol. Eurip.* Phoenn. 65. iisque tanquam causae tribuit Oedipi calamitatem. Omnino sane caedium abundans fuit familia Pelopis. Vnde a *Sophocle* Electr. 10. πολύφθορον vocatur δῶμα Πελοπιδῶν. Pro ἐπεβούλευσαν — αὐτῷ, *Villoison.* dedit ἐπεβούλησαν, Ἀτρέα καὶ Θυέστην, τοὺς πρεσβυτάτους τῶν παίδων, εἰς τοῦτο προστησάμενοι. Idem pro τῆς σφαγῆς melius habet αὐτοῦ. Deinde pro τῷ γένει, δι' αὐτῶν dat τῷ γένει αὐτῶν. Pro πείσης cum *Wassenberghio* legendum puto Πίσης, vt *Villoisonus* recte edidit. Ibi enim versatus erat Chrysippus (v. *Pisander* apud *Schol. Eurip.* Phoenn. 1748.), et fortasse ludis, qui postea Olympici dicti sunt, operam dederat. Saltem ad hos ludos pertinent epigrammata *Alcaei Messenii* in *Brunckii* Analectt. T. I. p. 486. n. III. et *Lucillii* ibid. T. II. p. 317. n. II. in quo vtroque Iupiter vocatur Πίσης μεδέων. Scio tamen, rem aliter narrari ab aliis. v. omnino *Schol. Eurip.* Or. 5. qui Chrysippum vocat filium Pelopis νόθον ἔκ τινος Ἀξιόχης.

LXXXVI.

Pausan. 6, 16. extr. Ἑλλάνικος ἔγραψε, Μέδοντα καὶ Στρόφιον γενέσθαι Πυλάδῃ παῖδας ἐξ Ἠλέκτρας.

Est hic Strophius iunior, non confundendus cum Pyladae patre, Crissi filio, Phoci nepote. (v. *Schol. Eurip.* Or. 33.) Pyladem autem ipso Apolline iubente vxorem duxisse Electram, Agamemnonis filiam, constat ex *Eurip.* Or. 1658.

Digitized by Google

AD *ΑΡΚΑΔΙΚΑ*:

LXXXVII.

Schol. Apollon. 1, 769. *Μαίναλος ὄρος Ἀρκαδίας, ἐν ᾧ ἡ Ἀταλάντη διῆγεν, ἀπὸ Μαινάλου, τοῦ Ἀρκάδος, ὥς φησιν Ἑλλάνικος.*

Schol. Paris. pro *τοῦ Ἀρκάδος* habet *υἱοῦ Ἀρκάδος.*

Maenalus hic videtur distinguendus esse a Maenalo Lycaonis filio (*Apollodor.* 3, 8, 1.): quanquam id non factum est a *Schol. Apollon.* 1, 168. Lycaon enim, quanquam fuit Arcadum rex, patre vsus est Pelasgo. Atalanta autem, quae a plerisque dicitur Iasi filia (v. *Schol. Eurip.* Phoenn. 152. sq.), *Euripidi* Phoenn. 1169., ad q. l. respicere videtur *Apollodor.* 3, 9, 2., est Maenali filia: in qua genealogia Hellanicum secutus videtur Euripides. v. tamen Schol. Cantabrig. et August. ad l. l. Quoniam igitur Atalanta dicitur e Milanione peperisse Parthenopoeum, qui fuit e septem aduersus Thebas (v. *Apollod.* l. l. et 3, 6, 3.), videtur hic Maenalus iunior esse Lycaonis filio. Omnino vero in hac fabula omnia vehementer turbata sunt. v. *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Dian. 216. sqq. et interpp. ad *Ael.* V. H. 13, 1. inprimis *Perizon.*

LXXXVIII.

Schol. Apollon. 2, 1055. *Στυμφαλίδας Φερεκύδης φησὶν οὐ γυναῖκας ἀλλ' ὄρνιθας εἶναι, καὶ ἀναιρεθῆναι πρὸς Ἡρακλέους, πλαταγῆς δοθείσης αὐτῷ πρὸς τὸ κτυπεῖν καὶ ἐκφοβεῖν αὐτάς· ὁμοίως καὶ* (Cod. Paris. *τὰ αὐτὰ δὲ καὶ*) *Ἑλλάνικος φησίν.*

Similia tradidit noster, non omnino eadem, quae Pherecydes. Vid. ibi p. 180. Dixit enim Hellanicus, Herculem ipsum *ἑαυτῷ κατασκευάσαι τὴν πλαταγὴν s. τὸν κρόταλον*, h. e. *crepitaculum*, quum alii illud a Vulcano fabricatum Herculi narrent a Minerua datum fuisse. v. *Schol. Apollon.* 2, 1057. et ex eo *Phavorin.* in v. *πλαταγήν.* Stymphalides autem nomen acceperunt a lacu quodam oppidi Stymphali in Arcadia, qui vocabatur Stymphalis. v. *Pausan.* 8, 22. p. 640. sqq. et *Apollod.* 2, 5, 6.

Digitized by Google

AD *ΑΤΘΙΔΑ.*

LXXXVIIII.

Plutarch. in Thes. p. 7. C. vbi egit de tributo septem adolescentum totidemque virginum per nouem annos Minoi quotannis pendendo, ita pergit: *Ἑλλάνικος δέ φησιν, οὐ τοὺς λαχόντας ἀπὸ κλήρου καὶ τὰς λαχούσας ἐκπέμπειν τὴν πόλιν, αὐτὸν δὲ τὸν Μίνω παραγινόμενον ἐκλέγεσθαι, καὶ τὸν Θησέα πάντων ἑλέσθαι πρῶτον ἐπὶ τοῖς ὁρισθεῖσιν. ὡρισμένον δ' εἶναι, τὴν μὲν ναῦν Ἀθηναίους παρέχειν, ἐμβάντας δὲ πλεῖν σὺν αὐτῷ τοὺς ἠϊθέους, μηδὲν ὅπλον ἀρήϊον ἐπιφερομένους. ἀπολομένου δὲ τοῦ Μινωταύρου, πέρας ἔχειν τὴν ποινήν. πρότερον μὲν οὖν οὐδεμία σωτηρίας ἐλπὶς ὑπέκειτο. διὸ καὶ μέλαν ἱστίον ἔχουσαν, ὡς ἐπὶ συμφορᾷ προδήλῳ, τὴν ναῦν ἔπεμπον. τότε δὲ τοῦ Θησέως τὸν πατέρα Θαρρύνοντος καὶ μεγαληγοροῦντος ὡς χειρώσεται τὸν Μινώταυρον, ἔδωκεν ἕτερον ἱστίον λευκὸν τῷ κυβερνήτῃ, κελεύσας ὑποστρέφοντα σωζομένου τοῦ Θησέως, ἐπάρασθαι τὸ λευκόν· εἰ δὲ μή, τῷ μέλανι πλεῖν, καὶ ἀποσημαίνειν τὸ πάθος.*

LXXXX.

Schol. Hom. Il. *γ*, 144. *ὡς γὰρ ἱστορεῖ Ἑλλάνικος, Πειρίθους καὶ Θησεὺς, ὁ μὲν Διὸς ὤν, ὁ δὲ Ποσειδῶνος, συνέθεντο γαμῆσαι Διὸς θυγατέρας. Καὶ ἁρπάσαντες τὴν Ἑλένην κομιδῇ νέαν, παρατίθενται εἰς Ἄφυδναν τῆς Ἀττικῆς Αἴθρῃ, τῇ Πιτθέως μὲν θυγατρὶ, μητρὶ δὲ Θησέως. Οὕτως εἰς ᾅδου παραγίγνονται ἐπὶ τὴν Περσεφόνην. Οἱ δὲ Διόσκουροι, μὴ ἀπολαμβάνοντες τὴν ἀδελφὴν, τὴν Ἀττικὴν σύμπασαν πορθοῦσιν, Αἴθραν δὲ αἰχμαλωτίζουσι.*

Haec eodem modo narrat, praeter alios, etiam *Schol. Apollon.* 1, 100. nulla tamen Hellanici mentione facta. Theseus dicitur Neptuni filius, quum alii eum Aegei, Athenarum regis, filium dicant, quia Neptunus et Aegeus in fano Mineruae cum Aethra vna nocte concubuerunt, et Neptunus, quod ex ea natum esset, Aegeo concessit. (v. *Hygin.* fab. 37.) Pittheus, pater Aethrae,

Digitized by Google

fuit Pelopis filius (*Apollod.* 3, 15, 7.), vir sapiens et vates. v. *Eurip.* Med. 683. sqq. *Schol. Eurip.* Hippol. 11. Pirithous alias dicitur Ixionis ex Larissa filius. (v. *Apollod.* 1, 8, 2.) Quod hic Theseus dicitur Helenam rapuisse κομιδῇ νέαν, id quam vim habeat, intelligitur e *Tzetza* ad *Lycophr.* 513 qui de Helena inquit: ἡρπάγη ὑπὸ Θησέως ἑπταετὴς, ὡς φησιν Ἑλλάνικος. Idem Hellanicus docuit, quot annos tum Theseus habuerit. *Plutarchus* enim Thes. p. 14. E. ἤδη δὲ πεντήκοντα ἔτη γεγονὼς, ὡς φησιν Ἑλλάνικος, ἔπραξε τὰ περὶ τὴν Ἑλένην, οὐ καθ' ὥραν. quam tamen sententiam paullo post reiicit *Plutarchus.* Ἄφυδνα alias scribitur Ἄφιδνα. Neque tamen altera scriptura plane inusitata est. v. *Strab.* 9, p. 396. C.

LXXXXI.

Schol. Eurip. Hecub. 125. Ἑλλάνικος δὲ λέγει, διὰ τοῦτο αὐτοὺς (nempe Thesei filios, Acamantem et Demophontem) ἀπελθεῖν ἐκεῖσε (aduersus Troiam), ὅπως, εἰ μὲν ἕλοιεν Ἕλληνες τὴν Τροίαν, λάφυρον αὐτὴν (nempe τὴν Αἴθραν) καὶ γέρας λάβωσιν. εἰ δὲ μὴ, κἂν λυτρώσασθαι δώροις.

Inuenisse eos Troiae matrem et inde secum abduxisse, quum aliunde, tum ex *Arctino Milesio* scimus in loco ad fragm. LXVIIII. laudato.

LXXXXII.

Plutarch. Thes. p. 12, A. de Theseo: ἔταξεν οὖν καὶ διωρίσατο πρὸς τοὺς Κορινθίους, Ἀθηναίων τοῖς ἀφικνουμένοις ἐπὶ τὰ Ἴσθμια παρέχειν προεδρίαν, ὅσον ἂν τόπον ἐπίσχῃ καταπετασθὲν τὸ τῆς θεωρίδος νεὼς ἱστίον, ὡς Ἑλλάνικος καὶ Ἄνδρων ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἱστορήκασιν. εἰς δὲ τὸν πόντον ἔπλευσε τὸν Εὔξεινον, ὡς μὲν Φιλόχορος καί τινες ἄλλοι λέγουσι, μεθ' Ἡρακλέους ἐπὶ τὰς Ἀμαζόνας συστρατεύσας, καὶ γέρας ἀριστεῖον Ἀντιόπην ἔλαβεν· οἱ δὲ πλείους (ὧν ἐστι Φερεκύδης, καὶ Ἑλλάνικος καὶ Ἡρόδωρος) ὕστερον φασὶν Ἡρακλέους ἰδιόστολον πλεῦσαι τὸν Θη-

Digitized by Google

σέα, καὶ τὴν Ἀμαζόνα λαβεῖν αἰχμάλωτον· πιθανώτερα λέγοντες.

Ad priorem huius loci partem e *Plutarcho* l. l. sciendum est, Theseum Neptuno celebrasse Isthmia, vt Herculem Olympia Ioui. Alteram partem tetigi supra §. 3. Antiopam, Hippolytes Amazonum reginae filiam, captiuam Theseo ab Hercule donatam fuisse, tradunt etiam *Diodor. Sic.* 4, 16. et *Hygin.* fab. 30. Cf. *Pausan.* 1, 2. p. 5. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 1329. Alii dicunt, Theseum accepisse Hippolyten, Herculem vero sororem eius Melanippen. v. *Iustin.* 2, 4, 23. Conf. infra fragm. CXXXXIIII. Sed vix opus est, vt his immoremur, quum in Amazonum historia omnia incertissima sint. Habemus peculiarem *Petri Petiti* dissertatationem de Amazonibus, Amst. 1687. 8. iterum editam. Ibi huc inprimis spectat p. 21. 193. 364. De Amazonibus etiam dissertationem scripsit *Dan. Guil. Mollerus*, Alt. 1692. 4. Sed melior est *Casp. Sagittarii* diss. de antiquitt. Amazoniis ad *Iustin.* 2, 4. Ien. 1685. 4. Praeterea v. *Schol. Eurip.* Hippol. 10. 582. it. *Fréret* Observatt. sur l'hist. des Amazones, in Memm. de l'ac. d. inscrr. T. XXI. p. 106 — 119. et quos laudauit *Creuzerus* in libro, quem supra §. 2. indicaui, p. 83. Ceterum in loco *Plutarchi* vix ferri potest γέρας ἀριστεῖον, sed alterutrum delendum est. v. *Siebelis* obss. crit. in Hellenica p. 16.

LXXXXIII.

Harpocrat. in v. αὐτόχθονες· αὐτόχθονες δὲ καὶ Ἀρκάδες ἦσαν, ὡς Ἑλλάνικός φησι, καὶ Αἰγινῆται, καὶ Θηβαῖοι.

Arcades omnium Graecorum antiquissimos fuisse, et Προσελήνους cognominatos, res est notissima. v. *Schol. Apoll. Rhod.* 4, 263. et *Xenoph.* Hist. Graec. 7, 1, 12.

LXXXXIIII.

Suidas: Ἀνδοκίδης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ τῶν πρωτευόντων δέκα εἷς, υἱὸς Λεωγόρου, ἀπόγονος Τηλεμάχου, τοῦ Ὀδυσσέως, καὶ Ναυσικάας, ὥς φησιν Ἑλλάνικος. *Plutarch.* in Alcib. p. 201. E. Ἀνδοκίδης ὁ ῥήτωρ, ὃν Ἑλ-

Digitized by Google

λάνικος ὁ συγγραφεὺς εἰς τοὺς Ὀδυσσέως ἀπογόνους ἀνήγαγεν. Idem paulo aliter in vitis decem oratorum T. II. opp. p. 834. B. *Ἀνδοκίδης, — γένους εὐπατριδῶν, ὡς δὲ Ἑλλάνικος, καὶ ἀπὸ Ἑρμοῦ. καθήκει γὰρ εἰς αὐτὸν τὸ κηρύκων γένος. Photius* Cod. 261. p. 795, 18. ed *Hoeschel.* siue T. II. p. 488, 22. ed *Bekker. παῖς δὲ ἐχρημάτιζε* (Andocides) *Λεωγόρου, ἐξ εὖ γεγονότων καταγόμενος· Ἑλλάνικος δέ φησι καὶ τοὺς πόῤῥω τῆς γενέσεως ὀχετοὺς ἥκειν εἰς αὐτὸν ἐξ Ἑρμοῦ.*

Andocides interdum dicitur genus a Mercurio duxisse, interdum ab Vlysse, quia hic originem ab illo ducit per matrem. Vid. *Ouid.* met. 13, 146. omninoque *Ruhnkenii* historia crit. oratorum Graecorum p. 133. edit. *Reisk.* Vol. VIII. Oratorum Graecorum. Scilicet Anticlea, Vlyssis mater, fuit Autolyci filia, atque adeo Mercurii neptis. V. *Homer.* Odyss. *λ*, 84. — *Κήρυκες*, vt Eumolpidae, fuit familia sacra Athenis, cuius pars sacra administrabat, pars in ludis tumultus impediebat: quae familia originem ducebat a Ceryce, filio Mercurii. v. *Poll.* 4, 91. 8, 103. et quos laudat *Morus* ad *Isocr.* paneg. 42. p. 115. (p. 91. edit. 2.) quibus add. *Athenae.* 6, p. 234. E. vbi est lex Solonis de his sacrorum ministris. Inprimis lectu dignae sunt *Henr. Aug. Zeibichii* dissertationes de Cerycibus mysticis, Vitemb. 1752. 4. Praecipua cerycum mysticorum officia breuiter indicaui in Lexic. Xenophont. Vol. III. p. 180. b. De *Leogora* v. *Athenae.* 9, p. 387. A. et *Schol. Aristoph.* nubb. 109.

LXXXXV.

Schol. Aristoph. avv. 873. et ex eo *Phavorin.* in v. *Κολαινίς· φησὶ δὲ Ἑλλάνικος, Κόλαινον Ἑρμοῦ ἀπόγονον ἐκ μαντείου ἱερὸν αὐτῆς* (nempe *Ἀρτέμιδος*) *ἱδρύσασθαι Κολαινίδος.*

Statua Dianae Colaenidis erat in Myrrhinunte, pago Attico tribus Pandionidis. v. *Pausan.* 1, 31. p. 77. quo auctore (p. 78.) Myrrhinusii dixerunt, Colaenum ante

Digitized by Google

Cecropem regnasse. Vid. *Meurs.* de populis Atticae, T. I. Opp. p. 828. sq. qui tamen huius Scholii non meminit.

LXXXXVI.

Schol. Aristoph. rann. 706. *τοὺς συνναυμαχήσαντας δούλους Ἑλλάνικός φησιν ἐλευθερωθῆναι, καὶ ἐγγραφέντας ὡς Πλαταιεῖς συμπολιτεύεσθαι αὐτοῖς.*

Seruos, qui vel terra vel mari inter ciues militarent, manu missos fuisse, ex antiquis scriptoribus recte demonstrauit *Ioh. Frid. Reitemeierus* in *Geschichte und Zustand der Sklaverey und Leibeigenschaft in Griechenland* (Berol. 1789. 8.) p. 103. Reperiuntur vero plura huius rei exempla, vt de eius veritate dubitare nequaquam liceat. Non modo enim Plataeenses seruos manu miserunt in pugna Marathonia, teste *Pausan.* 1, 32. p. 79. sed idem nonnunquam in summa calamitate fecisse leguntur aliae quoque, ciuitates, ad supplementum exercitus, vt Lacedaemonii in bello cum Atheniensibus Tyrtaeo duce rem bene gerentibus (v. *Iustin.* 3, 5, 6.), aliisque in bellis. v. *Plutarch.* in vita Cleomenis c. 23. T. I. Opp. p. 815. D. et *Athenae.* 6, p. 271. vbi etiam de barbaris quibusdam gentibus similia refert, laudatis eam in rem variis scriptoribus. Simile quid de Atheniensibus, obsesso Cononi ante pugnam ad Arginusas, de qua vid. *Diodor. Sic.* 13, 97. sqq., auxilia mittentibus, extat apud *Xenoph.* hellen. 1, 6, 17. et 18. Atque de hac ipsa pugna nauali, quae Ol. 93, 3. pugnata fuit, intelligi debet *Scholion* ad *Aristoph.* l. l. ita vt *οἱ συνναυμαχήσαντες δοῦλοι* sint Atheniensium. Conf. v. 190. sq. ibique *Schol.* et v. 33. Verum dubia videri possit interpretatio participii *ἐγγραφέντας.* Quum enim *ἐγγράφεσθαι* dicantur ii, qui vel in album virorum, vel inter milites aut classiarios, vel inter aerarios referuntur, in nostro loco vel ea explicatio, quam medio loco attuli, probanda est, vel potius cum *Palmerio* in Exercitationibus in optimos auctores Graecos p. 774. *Reitemeiero* l. l. pag. 104. et *Dahlmanno* l. l. pag. 124. participium illud verti debet *iure ciuitatis*

Digitized by Google

ab Atheniensibus praemii loco *donatos*. Supplenda igi tur forent verba εἰς πολίτας, vel similia; cuius ellipseos exemplum aliud quanquam non mihi notum est, tamen haec quam vltimo loco posui explicatio reliquis praeferenda videtur propter adiecta verba ὡς Πλαταιεῖς, hoc est, ὡς Πλαταιέας. Siue enim haec simpliciter vertamus *aeque ac Plataeenses*, siue ὡς in εἰς mutemus, sententia Scholiastae haec est: relatos inter Plataeenses, hoc est, eodem quo Plataeenses iure et loco esse iussos. Ita ipse *Aristophanes* Rann. 704 — 706.

ἄτιμον φημὶ χρῆναι μηδέν' εἶν' ἐν τῇ πόλει.
Καὶ γὰρ αἰσχρόν ἐστι, τοὺς μὲν ναυμαχήσαντας μίαν,
καὶ Πλαταιᾶς εὐθὺς εἶναι, κἀντὶ δούλων δεσπότας.

Plataeenses autem ius ciuitatis Athenis acceperant propter egregie beneuolum eorum erga Athenienses animum, cuius rei certissimum documentum seruatum est plebiscitum, in *Demosthenis* oratione adu. Neaeram p. 1380. sq. edit. *Reisk.* ex quo satis apparet, Plataeenses, atque adeo deinde seruos, quamuis ciues factos, tamen inferiore conditione quam Athenienses fuisse. Quodsi Hellanicus narrasse diceretur, Plataeensibus ciuitatem ab Atheniensibus datam fuisse, nemo facile reperiret dubitandi causam. Id enim scimus Ol. 87, 2. factum esse. Nunc, quum etiam narrasse dicatur de seruis, qui praelio ad Arginusas interfuissent, rursus potest valde dubitari. Qui enim Hellanicum etiam de isto scripsisse credit, is tempus, quo ille mortuus sit, nimis longe proferre intelligitur. Quare iam supra §. 2. extr. *Dahlmanni* opinionem, quum diserto *Luciani* testimonio repugnet, probari posse negaui. Multo magis mihi probaretur, si quis in Scholio, de quo agimus, non Ἑλλάνικος legendum esse diceret, sed Καλλίμαχος, quem constat inter eos fuisse, e quorum commentariis Scholia in Aristophanem collecta sunt. Vid. *Fabric.* Biblioth. Graec. Vol. II. p. 374. edit. *Harles.* Sed ne librarios quidem accusandos puto. Quidni enim Hellanicus Gram-

Digitized by Google

maticus intelligatur, non Historicus? Certe sic omnis difficultas facile ac funditus tollatur.

LXXXXVII.

Plutarch. de malignitate Herodoti T. II. opp. p. 869. A. *Νάξιοι τρεῖς ἔπεμψαν τριήρεις συμμάχους τοῖς βαρβάροις, εἷς δὲ τῶν τριηραρχῶν Δημόκριτος ἔπεισε τοὺς ἄλλους ἑλέσθαι τὰ τῶν Ἑλλήνων. οὕτως οὐδὲ ἐπαινεῖν ἄνευ τοῦ ψέγειν οἶδεν, ἀλλ' εἰ εἷς ἀνὴρ ἐγκωμιασθῇ, πόλιν ὅλην δεῖ κακῶς ἀκοῦσαι, καὶ δῆμον. μαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ τῶν μὲν πρεσβυτέρων Ἑλλάνικος, τῶν δὲ νεωτέρων Εφορος, ὁ μὲν ἓξ, ὁ δὲ πέντε ναυσὶν αὐτοὺς Νάξιους ἐλθεῖν τοῖς Ἕλλησι βοηθοῦντας ἱστορήσας.*

Respicit *Plutarchus* ad locum *Herodoti* 8, 46. Quanquam enim ibi Naxii dicuntur quatuor naues misisse, *Plutarchum* tamen puto tres tantum commemorasse, quia tres initio Persis constanter videntur auxiliari voluisse, quas posthac demum Democritus, quartae naui praefectus, Graecis adduxerit. Hanc vero *Herodoti* narrationem quum reiiciat *Plutarchus*, apparet, verba *μαρτυρεῖ αὐτῷ* vertenda esse: *contra eum testatur*, vt de placitis philosophorum 5, 14. et *αὐτοὺς* significare: *sua sponte, non solicitatos.*

LXXXXVIII.

Schol. Eurip. Orest. 1648. *περὶ τῆς Ὀρέστου κρίσεως ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἱστορεῖ καὶ Ἑλλάνικος, ταῦτα γράφων· τοῖς ἐκ Λακεδαίμονος ἐλθοῦσι καὶ τῷ Ὀρέστῃ οἱ Ἀθηναῖοι ἔφασαν. τέλος δὲ ἀμφοτέρων ἐπαινούντων, οἱ Ἀθηναῖοι τὴν δίκην ἔστασαν ἐννέα γενεαῖς. ὕστερον δὲ Ἄρης καὶ Ποσειδῶν περὶ Ἁλιρρόθιον δίκην. εἶτα Κέφαλος ὁ Δηϊονέως, ὅστις Πρόκριν τὴν Ἐρεχθέως ἔχων γυναῖκα, καὶ ἀποκτείνας ἐξ Ἀρείου πάγου δίκην ὡς δικασθεὶς ἔφυγεν ἓξ γενεαῖς ὕστερον. μετὰ δὲ τὴν Δαιδάλου δίκην, ἀδελφιδοῦν, τὸν Τάλων, ἀποκτείναντος δολόεντι θανάτῳ, καὶ φυγόντος δίκην, τρισὶ γενεαῖς ὕστερον αὕτη ἡ Τυνδαρὶς Κλυταιμνήστρα Ἀγαμέμνονα ἀποκτείνασα, καὶ*

Digitized by Google

ὑπὸ Ὀρέστου ἀποκτανθεῖσα, συγκροτηθῆναι δίκην τῷ Ὀρέστῃ ὑπὸ Εὐμενίδων παρεσκεύασεν, ὃς μετὰ τὴν κρίσιν ἐπανελθὼν, Ἄργους ἐβασίλευσε. καὶ ἐδίκασεν δὲ Ἀθηνᾶ καὶ Ἄρης.

Doctum vocatur hoc Scholion ab *Heynio* ad *Apollodor.* p. 821. et insigne fragmentum a *Meursio* de Areopag. c. 10. T. II. Opp. p. 428. Neuter sensisse videtur difficultates, quibus ille locus laborat. Neuter enim quicquam attulit ad eum emendandum, quum tamen eum valde corruptum esse mihi persuasissimum habeam, nisi quod *Meursius* l. l. pro *Τάνταλον* legendum docuit *τὸν Τάλων*. qua correctione nihil verius est. Nam *Τάλως*, Perdicis, quae erat Daedali soror, filius, discipulus Daedali, quem magister, veritus ne propter ingenii praestantiam ipsum aliquando superaret, ex arce Mineruae deiecit, diserte *Τάλως* vocatur apud *Apollodor.* 3, 15, 9. Vnde recte videtur idem *Meursius* apud *Pausan.* 1, 21. p. 49. et 1, 26. p. 62. vbi *Κάλως* et *Κάλων* legitur, reponere *Τάλως* et *Τάλων*. Nempe narrat ibi *Pausanias*, in via, quae a theatro ad arcem duceret, sepultum esse Talum a Daedalo interfectum. Etiam apud *Suidam*, in *Πέρδικος ἱερὸν*, *Κάλως* in *Τάλως* mutari debuit. Plures Talos fuisse et saepe inter se confusos, bene obseruauit *Heyn.* l. l. p. 220. sq. De Talo igitur omnia certa videntur. Vtinam vero quis aeque certam attulerit priorum verborum emendationem. Sed etiam nuperus *Scholiorum Eurip.* editor, *Aug. Matthiae*, vel omnia putauit esse intellectu facillima, vel nihil habuit, quo depravata corrigeret. Ego saltem, quaenam potissimum Scholii verba vitio laborent et emendatione egeant, paucis ostendam. Scilicet 1) non intelligi potest, quid sibi velit verbum ἔφασαν. Etsi enim dicere quis voluerit, eo indicari, Athenienses iis, qui Lacedaemone aduenissent, *in his* (hanc enim vim habet particula *καί*. v. *Homer.* Il. *v*, 1. omninoque *Strab.* 8, p. 340. D.) Oresti, rem narrasse: tamen quaeri recte potest, quid et quo consilio narraue-

rauerint. 2) aeque obscurum est vocabulum τέλος. Estne *finis*, hoc est, vel *exitus*, *euentus*, vel *propositum*, *causa*, an *denique* vel *tandem?* 3) ἀμφότεροι illi quinam sunt? Haud dubie Orestes cum comitibus, et Athenienses. Quomodo vero hi dici poterant ἐπαινεῖν, *laudare?* Hanc tamen difficultatem puto omnium minimam esse. Potest enim ἐπαινεῖν significare *cupere*, vt apud *Eurip.* Androm. 554. ἀνηβητηρίαν ῥώμην ἐπαινῶ λαμβάνειν, vbi *Schol.* explicat verbis βούλομαι et ἀσπάζομαι. Potuerint igitur vtrique cupere, vt res cito ad finem perduceretur. Sed 5) qua tandem ratione verba ista cohaerent cum verbis sequentibus? Ex vniuersa enim orationis serie cognoscitur, Hellanicum nouem aetates computasse inde a prima causa in Areopago acta vsque ad Orestis iudicium. 6) Vltima igitur difficultas existit ex aduerbio ὕστερον, quum omnes consentiant, primum in Areopago iudicium factum esse de Marte ob interfectum Halirrhothium. (v. ad fragm. XVI.) Hoc diserte testatur *Pausan.* 1, 21. p. 49. vbi narrat, in templo Aesculapii esse κρήνην, παρ' ἣν λέγουσι Ποσειδῶνος παῖδα, Ἁλιρρόθιον, θυγατέρα Ἄρεως, Ἀλκίππην αἰσχύνοντα, ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἄρεως, καὶ δίκην ἐπὶ (ita enim lego pro ὑπὸ. quas particulas saepe inter se permutatas esse, vel vnus *Canterus* docere potest in syntagm. de ratione emendandi Graecos auctores p. 14.) τούτῳ τῷ φόνῳ γενέσθαι πρῶτον. it. 1, 28. p. 68. Ἄρειος πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη. Taceo alios, taceo ipsam temporum rationem. Num igitur ex ὕστερον faciamus πρότερον? Immo πρῶτον. An ὕστερον in dialecto Lesbica vel Mitylenaea poni potuit pro πρῶτον? Ne hoc quidem. Nam statim ὕστερον bis positum est in notione natiua. Quae quum ita sint, quum tot ac tantis hic locus difficultatibus prematur, neque, quod ego quidem sciam, quisquam vnquam eas tollere conatus sit, variis modis eum tentaui, quorum eum tantum commemorabo, qui nunc quidem mihi maxime placet, quanquam non diffiteor, me nullam aliam ob causam in eo

Digitized by Google

acquiescere, quam quia non habeo meliora. Scilicet priores huius loci partes transponendas puto et paucula quaedam mutanda, hoc modo: *τοῖς ἐκ Λακ. ἐλθ. καὶ τῷ Ὀρ. οἱ Ἀθηναῖοι τὴν δίκην ἔστασαν ἐννέα γενεαῖς ὕστερον ἢ Ἄρης καὶ Ποσειδῶν περὶ Ἁλιρρόθιον δίκην ἔφασαν, τέλος γε ἀμφοτέρων ἐπαινούντων. εἶτα Κέφαλος ὁ Δηϊονέως*, nempe *δίκην ἔφη, ὅστις.* — In hac lectionis constitutione nihil admodum puto offensurum esse viros doctos, nisi omissionem vocabuli *οἱ Ἀθηναῖοι*, quod vulgo legitur ante *ἔφασαν*. Sed illud, quanquam ab ipso loci sensu alienum, facile a sciolo quodam potuisse serioribus temporibus addi, apparebit, opinor, ex iis, quae iam mihi afferenda erunt ad coniecturam meam defendendam. Nam 1) esse interdum in veterum scriptorum libris ordinem verborum turbatum, nemo facile negauerit. Insigne huius generis exemplum idemque notissimum est in *Luciani* encomio Demosthenis, vbi integrum folium alieno loco positum suo ordini restituit eximium *Gesneri* acumen. Vid. eius annotatt. ad *Lucian.* T. III. Opp. p. 511. p. 514. sq. et p. 519. Sic *Valckenar.* ad *Theocr.* Adoniaz. p. 268. C. (p. 265. A. edit. 2.) non male iudicare videtur, apud *Strabon.* 8, p. 365. A. ed. *Casaub.* p. 561, 9. ed. *Almelov.* verba *καλεῖσθαι δὲ Εἵλωτας* reponenda esse v. 14. post vocabulum *πολέμῳ*. Et *Schützius* verba *Xenophontis* Memorr. 3, 8', 2. *εἰδὼς, ὅτι, ἐάν τι ἐνοχλῇ ἡμᾶς, δεόμεθα τοῦ παύσοντος*, collocanda iudicat 3, 6, 1. post verba *Σωκράτης δέ*. Multa alia exempla collegit, omninoque de toto hoc genere tam vtiliter quam caute disseruit, *Godofr. Hermannus* in libello de emendationibus per transpositionem verborum, Lips. 1824. 4. 2) *δὲ* illud post *ὕστερον* nullo modo locum habere potest, et haud dubie mutari debet in *ἤ*. Nam *ἤ* transire facile potuisse in *δή*, *δή* autem et *δὲ* saepissime inter se permutari, quis nescit? Sic apud *Xenoph.* Cyrop. 2, 3, 1. pro *τέλος δὲ* in edd. vett. legabatur *τ. δή*, et contra 5, 5, 3. in omnibus editt. legitur *ἐκ τούτου δὲ*, pro quo *Zeun.* ex

Digitized by Google

auctoritate cod. Guelf. edidit ἐ. τ. δή. Comparativus autem ὕστερον quin recte iungi possit coniunctioni ἤ, nemo videtur posse dubitare. Sic *Xenoph.* Cyneget. 1, 4. ἐγεγόνει μὲν πρότερος τούτων, ἐτελεύτησε δὲ ὕστερον ἢ ὡς Ἀχιλλέα ἐπαίδευσεν. *Plutarch.* in Lucullo c. 5. T. I. Opp. p. 494. D. ὀλίγῳ δ' ὕστερον ἢ Σύλλαν ἀποθανεῖν. *Plato* Sympos. T. III. Opp. p. 173. A. τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ᾗ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν. 3) His vero mutationibus admissis, sponte intelligitur, locum etiam ita, vt indicaui, esse distinguendum, et 4) δὲ, quod est post τέλος, mutandum in γε. Sic apud eundem *Xenoph.* Cyrop. 5, 1, 11. pro νῦν δ' αὖ οὕτως cod. Guelf. exhibet νῦν γ' αὖ οὕτως. Cf. *Ernest.* et *Hindenb.* ad memm. 1, 2, 43. 5) Vocabulum ἀμφοτέρων refero ad solos Martem et Neptunum, hoc sensu: *ita quidem, vt ambo litis exitum approbarent, vt vterque in deorum iudicio acquiesceret.* Nempe iudicati fuerant Mars et Neptunus ab omnibus diis. Etsi igitur Mars ceciderit causa, tamen satius putasse videtur iudicio omnium deorum contentum esse, quam nouas turbas mouere. Neptunum autem nihil praeterea desideraturum fuisse, per se patet. Restat igitur, vt demonstretur, ἀμφοτέρους in plurali dici posse tantum de duobus, pro ἀμφότερος vel ἄμφω. Hanc in rem vero laudasse sufficiet duo *Theocriti* locos, qui meae causae validissime patrocinantur. Prior est idyll. 10, 33. vbi Battus de se suaque puella, χρύσεοι, inquit, ἀμφότεροί κ' ἀνεκείμεθα τᾷ Ἀφροδίτᾳ: posterior extat idyll. 11, 70. φασῶ — τὼς πόδας ἀμφοτέρως μεν σφύσδειν. Cf. *Apollon. Rhod.* 1, 153. 6) Maxime vero dubitari posse intelligo de vsu verbi φάναι, ex mea quidem sententia iungendi cum vocabulo δίκην. Sed quanquam ingenue profiteor, mihi nullum locum notum esse, in quo verbum illud habeat hanc vim: tamen, quum ex mea coniectura et explicatione locus, qui omni sensu carebat, tolerabilem sensum fundat, et bene Graece dicatur δίκην εἰπεῖν, non tantum de iudice, vt sit *sententiam dicere, iudicium ferre,* (vt apud *Homer.* Il. σ, 508.) sed etiam de reo, pro *causam dicere* (v. *Xenoph.* memm.

4, 8, 1.), vix puto me propter hanc verbi *φάναι* interpretationem dignum esse virorum doctorum castigationibus, praesertim si perpenderint, fortasse hunc ipsum rariorem verbi vsum, qui videtur non sine probabilitate quadam deriuandus esse ex antiqua Hellanici dialecto (v. supr. §. 8.), effecisse, vt tantopere corrumperetur doctum hoc scholion. Vnde etiam orta videtur interpositio nominis *οἱ Ἀθηναῖοι* ante verbum *ἔφασαν*. Puto enim, postquam iam facta esset, per librariorum haud dubie negligentiam, misera illa loci laceratio, Grammaticum aliquem male sedulum, vt *ἔφασαν* haberet quo referretur, inseruisse e sequentibus: *οἱ Ἀθηναῖοι*. — Haec, quae olim scripsi, tantum abest vt omnino delenda putem, vt etiam nunc ea maximam partem probanda censeam. Qua ipsa de causa, quumque res sit incertissima, et de qua varie disputari possit, postea quaedam addidi, quibus illa magis etiam stabilirentur. Sed tamen, quum mihi locum diligentius inspicienti et aliae difficultates obortae sint, et via, quam anno 1787. ingressus eram, nimis visa sit esse lubrica, praesertim quum *δίκην φάναι* pro *δίκην εἰπεῖν* Graece dici vix possit: alia eaque tutiore via incedendum esse iudico. Eligat lector eruditus, vtram volet, vel, si neutra placet, veriorem commonstret. Scilicet inprimis quaerendum est, quinam sint *οἱ ἐκ Λακεδαίμονος ἐλθόντες*. Iam possent quidem audiendi videri, qui Electram et Pyladem intelligerent, a quibus Orestem in patranda caede adiutum fuisse scimus ex *Sophoclis* Electra. Atque ex hac interpretatione, et pristina mea emendatione, non solus Orestes in iudicium vocatus fuisse putandus esset, sed Electra quoque et Pylades. Posset igitur Orestes, tanquam praecipuus caedis auctor, solus nominatus videri, quod etiam alias fieri constat. At nemo alius veterum tale quid tradidit, sed omnes de solo Oreste accusato consentiunt. Nec magis probari posset, si quis intelligi posse existimaret Erigonam, Aegisthi ex Clytaemnestra filiam, huiusque auum Tyndarum, quibus Athenienses, quid in iudicio de Oreste actum esset, narrassent.

Digitized by Google

Leguntur quidem in *Etymologico M.* p. 38, (42,) 4. haec: *Αἰώρα, ἑορτὴ Ἀθηνᾶς, ἣν καλοῦσιν εὔδειπνον. λέγεται γὰρ, Ἠριγόνην τὴν Αἰγίσθου καὶ Κλυταιμνήστρας θυγατέρα, σὺν Τυνδάρεῳ τῷ πάππῳ ἐλθεῖν Ἀθήναζε, κατηγορήσουσαν Ὀρέστου· ἀπολυθέντα δὲ, ἀναρτήσασαν ἑαυτὴν, προστρόπαιον τοῖς Ἀθηναίοις γενέσθαι.* vbi *ἑορτὴ Ἀθήνησι* et *Εὔδειπνον* scribendum esse, acute, vt pleraque, vidit *Meursius* in Graecia feriata T. III. Opp. p. 787. At his hominibus non opus fuisse, vt ex Atheniensibus demum, quomodo causa Orestis acta esset, cognoscerent, quum ipsa Erigone inter Orestis accusatores fuerit, euidens est; nisi forte dicamus, eos sero, postquam iudicatum iam esset, aduenisse. Itaque in re tam incerta satius puto fateri, nobis omnino ignotum esse, quinam *οἱ ἐκ Λακεδαίμονος ἐλθόντες* fuerint. Non errare videatur, qui simpliciter eos dicat hospites ex Lacedaemone aduenas. Ex hac ratione *ξένοι* isti et Athenienses intelligantur per *ἀμφοτέρους*, et nomen *τέλος* recte accipiatur de iudicii exitu. vt apud *Platon.* lib. 11. de legg. T. II. Opp. p. 937. D. *τὸ τέλος τῶν ἔμπροσθεν δικῶν.* Fateor tamen, me etiam in eo, quod tractamus, Scholio aegre articulum *τὸ* desiderare. Pro *καὶ τῷ Ὀρέστει* autem legerim *καὶ τὸ τοῦ Ὀρέστου.* Deinde quaeri et potest et debet, quomodo Athenienses dici possint hoc de Oreste iudicium egisse siue constituisse (*στῆσαι*), quum Eumenides id fecisse paulo post dicantur. Scilicet hanc verbi *ἱστάναι* notionem in hunc locum conuenire nego. Certum esse potius arbitror, ad verbum *ἕστασαν*, quod etiam transitiue pro *ἔστησαν* Dorice dici ex *Pindar.* Olymp. 10, 70. et Isthm. 7, 19. apparet, supplenda esse verba *τῷ λόγῳ*, sicuti quum *διεξέρχεσθαι* et similia significant *oratione persequi.* Et verbum *ἱστάναι* sic vel simpliciter, vel adiectis illis *τῷ λόγῳ*, non raro tam apud alios quam apud *Platonem* legitur. In Theaeteto T. I. Opp. p. 183. A. *ἵνα μὴ στήσωμεν αὐτοὺς τῷ λόγῳ, ne oratione ostendamus, ipsis*

Digitized by Google

standum esse, neque moueri licere. De republ. 2, T. II. Opp. p. 361. B. *τὸν δίκαιον παρ' αὐτὸν ἱστῶμεν τῷ λόγῳ, oratione ostendamus, iustum esse ei similem.* Rursus in Theaeteto T. I. Opp. p. 157. B. *ἐάν τι τὶς στήσῃ τῷ λόγῳ, si quis disputando demonstrauerit, aliquid esse.* Paulo ante ibidem: *οὐδὲν ὄνομα ὅ τι ἂν ἱστῇ, quod significet, esse aliquid.* Sic *Lucian.* de conscribenda historia c. 50. *στήσας ἐνταῦθά που ταῦτα, postquam docuit, in hac fere narrationis parte sufficere ea, quae narrauerit.* His exemplis conficitur, in verbo ἱστάναι esse *definiendi* potestatem. Itaque verba: *τὴν δίκην ἑστασαν ἐννέα γενεαῖς ὕστερον ἢ* etc. (Ita enim legendum esse nunc quoque censeo.) ita intelligenda existimo: *iudicium dixerunt habitum fuisse nouem aetatibus post quam* etc. Deinde, inter *δίκην* et *εἶτα*, inserendum putem *εἶπον* vel *εἶπαν*, quod absorberi facile potuit a sequente illo *εἶτα*. Pro *ἐξ Ἀρείου πάγου* vsitatius esset *ἐν Ἀρείῳ πάγῳ*. (vid. Lexic. Xenophont. Vol. II. p. 88.) Pro *δίκην ὡς* reponendum esse aio: *δίκην εἶπεν, ὡς*. In fine fragmenti, pro *ἐδίκασεν*, mallem *ἐδίκασαν*. Ita nulla verborum traiectione videtur opus esse, et totus locus Latine reddi sic potest: *De Orestis iudicio in Areopago narrat etiam Hellanicus, ita scribens* (his verbis): *Iis* aduenis vel hospitibus, *qui ex Lacedaemone venerant, Athenienses* inter alia *etiam id narrarunt, quod de Oreste acciderat. Quumque vtrique exitum* iudicii *laudarent, Athenienses iudicium illud ostenderunt factum esse nouem aetatibus post quam Mars et Neptunus de Halirrhothio causam dixissent. Deinde Cephalus, Deionei filius, qui, quum vxorem suam Procrin, Erechthei filiam, occidisset, causam in Areopago dixit, tanquam damnatus in exilium abiit sex aetatibus post. Sed post Daedali iudicium* (causam), *qui Talum, sororis filium, per fraudem interemerat, et reus actus erat, tribus aetatibus serius haec Tyndari filia, Clytaemnestra, quae Agamemnonem interfecerat, ab Oreste occissa, effecit* (in causa fuit), *vt actio iudiciumque ab Eumenidibus conflaretur Oresti,*

Digitized by Google

qui post iudicium reuersus Argi rex factus est. Minerua et Mars sederunt iudices. Sed de vniuersa mea sententia velim vt iudicent viri me peritiores. Pergendum est ad reliquorum verborum illustrationem. *Cephalus* patre vsus est Deione, Phocidis rege, matre Diomede, Xuthi filia (v. *Apollodor.* 1, 9, 4. quo loco *Heynius* post alios probabiliter legendum coniicit Φθιώτιδος pro Φωκίδος, et *Antonin. Liber.* c. 41.). *Procris* fuit Erechthei, sexti Atheniensium regis, filia, Cephali vxor. Hanc ille incautus et inuitus sagitta s. iaculo confecit in venatione. Quam ob caedem ab Areopagitis damnatus fuit sempiterno exilio. (v. *Apollod.* 3, 15, 1.) Ceterum in nostro loco recte quidem *Meursius* l. l. verbum ἔφυγε retulit ad hoc ipsum exilium, quia accusatiuus δίκην, nisi aliquid additur, non cum hoc verbo, sed cum participio δικασθεὶς cohaeret, atque adeo δίκην δικασθεὶς recte vertitur *iudicio damnatus*, sed tamen videntur illa verba: δίκην ὡς δικασθεὶς ἔφυγεν, propter interpositum ὡς, *quippe*, duri quid et inusitati habere. quare δίκην εἶπεν, ὡς δικασθ. legendum esse paulo ante monui. — *Daedalus*, qui fuit ex Erechthei posteris (v. *Diod. Sic.* 4, 76.), videtur eodem fere tempore cum Cephalo vixisse. Quam ego puto causam esse, cur non distincte Hellanicus definierit tempus, quo iudicatus fuerit Daedalus. — *Orestem* ab Eumenidibus accusatum fuisse, non dicunt omnes. Nam Euripidi quidem eadem quae Hellanico sententia probatur, sed alii Orestis accusatorem fecere Tyndareum, id quod refellit *Pausanias* 8, 34. p. 669.; alii hunc eundem Tyndareum et Erigonam, de qua opinione paulo superius dixi; alii Perilaum, Icarii filium, Clytaemnestrae patruelem, de quo vid. *Pausan.* l. l. Diuersitatem narrationis breuiter notauit etiam *Tzetzes* ad *Lycophr.* 1374. Ὀρέστης — κρίνεται ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἢ μετὰ Ἐρινύων, ἢ Τυνδάρεω, ἢ Ἐριγόνης, τῆς Αἰγίσθου καὶ Κλυταιμνήστρας θυγατρός. Sed a Minerua et Marte eum fuisse iudicatum, solus dicere videtur Hellanicus. Nam alii, vt *Demosthenes* adv. Aristocratem p. 641, 27. edit.

Digitized by Google

Reisk., duodecim diis iudicium illud tribuunt, ita quidem, vt, quum aequalia essent suffragia condemnantium et absoluentium, Minerua suo calculo perficeret absolutionem: quo alludit *Cic.* Mil. 3. Cf. *Victor.* V. L. 13, 23. In cuius rei memoriam postea semper obseruata est haec consuetudo, vt quum paria essent suffragia, reus absolueretur. Vid *Ioh. Henr. Boecleri* ἰσοψηφία s. calculus Mineruae; in eius Dissertatt. academicis, Argent. 1658. 8. editis, p. 270 — 319. et *Aug. Cornel. Stockmanni* duae dissertatt. de calculo Mineruae, Lips. 1796. 4. Alii Orestem simpliciter dicunt iudicatum fuisse a diis. Sic *Aristides* Platon. 2. Tom. II. p. 214. *τὸν Ὀρέστην ἀφεθῆναι λόγος ἐν τοῖς ἄλλοις θεοῖς κρινόμενον, εἰς τὸν Ἀπόλλω τὸ ἔργον ἀνενεγκόντα.* Et tamen antea p. 176. dixerat: *τὸν Ὀρέστην φασὶ τὰς ἡμισείας (ψήφους) μεταλαβόντα.* Qui igitur a duodecim diis Orestem iudicatum fuisse dicunt, eorum sententia repugnare videri potest locis *Schol. Apollon.* et *Ennii* ad fragm. XXVII. laudatis, vbi Mineruam quoque et Martem in duodecim deorum collegio fuisse vidimus. Ita putare quis possit, *Demosthenem* et qui eadem dixerunt, non *δώδεκα* dicere debuisse, sed *δέκα*. Saltem *Plautus* Epidic. 5, 1, 4. Iouem a reliquis vndecim diis distinguit, haec scribens: „Si vndecim deos praeter sese secum adducat Iuppiter.“ Reperiuntur vero in veteribus vtriusque linguae scriptoribus exempla satis multa numeri integri pro imminuto positi. Et omnino quidem similes loci sunt apud *Apollodor.* 3, 14, 2. *Ποσειδῶν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κρίνεται, δικαζόντων τῶν δώδεκα θεῶν Ἄρει.* Conf. §. 1. Et in priore ad Corinthios epistola 15, 5. de Iesu: *ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα.* Et tamen aberant, praeter Petrum, Thomas et Iudas Iscariotes, ita vt *ἑννέα* dicendum fuisse videatur. Sic a Romanis *Centumuiri* dicuntur, qui re vera erant centum et quinque. — Iudicium ipsum factum est rege Athenis Demophonte, (v. *Phanodemus* apud *Athenaeum* 10, p. 457. C. et *Tzetz.* ad *Lycophr.* 1374.) et valde nobilitatum vi-

Digitized by Google

detur apud veteres. Saltem Zopyrus, auctore *Plinio* H. N. 33, 12, 55. Areopagitas et iudicium Orestis in duobus scyphis caelauit. — Totam Orestis historiam illustrauit, et de hoc ipso, quem modo tractauimus, Hellanici loco docte disseruit, *Bachetus de Meziriac* Commentaires sur les Epistres d'*Ovide* T. II. p. 255 — 296. Facile autem perspicitur, haud idoneos auctores secutum esse *Scholiasten Aeschyl.* Eumenid. 690. quum scriberet: *σημείωσαι, ὅτι πρώτη ἐπὶ Ὀρέστῃ γέγονε δίκη ἐν τῷ Ἀρείῳ πάγῳ.*

Ad Hellanici *Ἀτθίδα* videtur etiam referenda esse illa eius narratio, quam supra attuli e *Tzetza* §. 4.

AD *ΑΤΛΑΝΤΙΔΑ:*

LXXXVIIII.

Schol. Homer. Il. μ, 1. *Πάτροκλος, ὁ Μενοιτίου, τρεφόμενος ἐν Ὀποῦντι τῆς Λοκρίδος, περιέπεσεν ἀκουσίῳ παίσματι. Παῖδα γὰρ ἡλικιώτην Ἀμφιδάμαντος οὐκ ἀσήμου Κλησώνυμον, (Villois. Κλισωνύμου,) ἤ, ὥσπέρ τινες, Αἰάνην, (Villois. Αἴαν, verba περὶ ἀστραγάλων omittens) περὶ ἀστραγάλων ὀργισθεὶς ἀπέκτεινεν. Ἐπὶ τούτῳ δὲ φυγὼν, εἰς Φθίαν ἀφίκετο, κἀκεῖ, κατὰ συγγένειαν Πηλέως, Ἀχιλλεῖ συνῆν. Φιλίαν δ' ὑπερβάλλουσαν πρὸς ἀλλήλους φυλάξαντες, (Villois. διαφυλάξαντες,) ὁμοῦ ἐπὶ Ἴλιον ἐστράτευσαν. Ἡ ἱστορία παρὰ Ἕλλανίκῳ. (Villois. Ἑλληνικῷ.)*

Hic Menoetius, qui Patroclum genuit ex Sthenela (v. *Schol. Apollon. Rhod.* 1, 69.), fuit Actoris filius ex Aegina Asopi filia. v. *Schol. Hom.* Il. σ, 10. Debet igitur distingui a Menoetio illo, qui fuit Iapeti e Clymene, Oceani filia, filius, frater Atlantis et Promethei. (v. *Hesiod.* theog. 509. sq. et *Schol. Aeschyl.* Prom. 347.) Ad rem ipsam pertinet locus *Ovidii* epist. ex P. 1, 3, 73. sq. „Caede puer facta Patroclus Opunta reliquit, Thessalicamque adiit hospes Achillis humum." Nomen pueri, quod non magis habet *Ovidius*, quam *συγγένειαν* Patrocli et A-

Digitized by Google

chillis, apud *Apollodor.* 3, 13, 8. est *Κλυσώννμος*. Ceterum retuli hunc locum ad Atlantidem, quia supra ad fragm. XXIIII. dixi, videri Troica fuisse partem Atlantidis. Sed potest etiam recte ad alios Hellanici libros referri.

C.

Schol. Hom. Od. ε, 125. *ἦν Κρὴς ὁ Ἰασίων. Ἑλλάνικος δὲ Ἡλέκτρας καὶ Διὸς αὐτὸν γενεαλογεῖ.* et *Eustath.* ad l. l. p. 1528. 5. *τὸν Ἰασίωνα γεωργὸν ἡ κατὰ τὸν Ἑλλάνικον ἱστορία ἔχει, Κρῆτα τὸ γένος, Διὸς υἱὸν καὶ Ἡμέρας.*

Quum Iasion etiam ab *Apollod.* 3, 12, 1. et Schol. Cod. Aug. ad *Eurip.* Phoenn. 1146. dicatur Electrae Atlantidis (de qua v. fragm. LXXI.) et Iovis filius, frater Dardani, non dubito, quin *Ἡμέρας* in *Eustathii* loco, quanquam ita legitur apud *Phavor.* quoque in v. *Ἰασίωνα*, mutandum sit in *Ἠλέκτρας*. Etiam in Scholiis ad Odyss. l. l., quae *Creuzerus* Meletematum e disciplina antiquitatis Parte I. (Lips. 1817. 8.) p. 52. e Codice Palatino 45. edidit, et quae *Buttmannus* suae Scholiorum in Odysseam editioni (Berol. 1821. 8.) inseruit, legitur *Ἠλέκτρας*. In iisdem Scholiis Iasion vocatur *Κράτεος καὶ Φρονίας υἱός*. Alii eum faciunt Minois et Phroniae Nymphae filium, vt *Schol. Theocr.* 3, 50. a quo eodem, vt ab *Hesiodo* theog. 969. sqq. dicitur a Cerere amatus ex ea genuisse Plutum. Vnde satis apparet allegorica fabulae origo. Scilicet diuitias sibi parauit Iasion ex agricultura. De qua allegoria v. *Eust.* l. l.

AD *BOIΩTIAKA*:

CI.

Steph. Byz. in v. *Ὠρωπός*, vbi laudat locos, quibus demonstretur, gentile oppidi esse *Ὠρώπιος*, *Καὶ Θεόπομπος*, inquit, *καὶ Ἑλλάνικος·*

ἀνακοινοῦνται τῶν Ὠρωπίων Τηλέφῳ, καὶ τοῖς μετ' ἐκείνον, βουλομένοις, καὶ τὸν Ὠρωπὸν ὑπάρχειν αὐτοῖς.

Digitized by Google

Si locus sanus et integer est, Theopompus existimari debet Hellanicum exscripsisse. Ad quos pertineat verbum *ἀναχοινοῦνται*, et quis fuerit ille Telephus, ignoro. Quin ne illud quidem satis mihi apertum videtur, quaenam potissimum Oropus intelligenda sit. Nam *Stephanus* praeter Boeotiae Oropum commemorat quatuor alia huius nominis oppida: Macedoniae, Syriae, Argi, Thesprotiae. Sed Boeoticum intelligendum puto, quia *Pausan.* 1, 34. p. 83. narrat, Oropiorum in Boeotia ciuitatem de agro contendisse cum Atheniensibus, et his tandem eum adiudicatum fuisse a rege Philippo, sicuti iam olim Oropus in Atheniensium potestate fuerat, — vnde fortasse explicari debet locus *Thucyd.* 2, 23. vbi *Ὠρώπιοι* dicuntur *Ἀθηναίων ὑπήκοοι*, — et quia e *Livio* 45, 27. colligi potest, Athenienses ipsam vrbem sibi vindicasse serioribus temporibus. Anno enim belli Peloponnesiaci vigesimo Boeoti eam proditione Atheniensibus eripuerant, teste *Thucydide* 8, 60. Possit igitur vel Hellanici aetate, vel antea, similis inter vtramque ciuitatem contentio orta esse, ita vt *ἀναχοινοῦνται* pertineat ad Athenienses. Genitiui *τῶν Ὠρωπίων*, nisi in Datiuos *τῷ Ὠρωπίῳ* mutandi sunt, pendent ab omisso Datiuo *πρεσβευτῇ*. Per *Telephum* apparet non Herculis ex Auge filium, in Arcadia natum, posse intelligi, qui apud *Aristidem* T. I. p. 520. edit. *Iebb.* primam coloniam Pergamum ex Arcadia deduxisse legitur, et in Mysia regnauit tempore belli Troiani, de quo Telepho multi narrarunt, v. c. *Tzetzes* ad *Lycophr.* 206, et 209. Immo Oropius quidam Telephus intelligendus est, quanquam alias a scriptoribus antiquis non memoratus. Multi enim parentes filiis imponebant nomina hominum antiquissimis temporibus celebrium. Sic inter legatos Rhodiorum ad Perseum nominatur Telephus quidam apud *Polyb.* 29, 4, 4.

CII.

Schol. Pindar. Pyth. *η*, 68. de Adrasto, Talai filio, rege Argiuorum: *πρότερον μὲν ἐσώθη μόνος· κατὰ δὲ τὴν*

δευτέραν στρατειαν πάντων σωθέντων, αὐτὸς μόνος τὸν υἱὸν ἀπέβαλεν, Αἰγιαλέα, ὡς φησιν Ἑλλάνικος, λέγων, ἐν Γλίσαντι τὴν συμβολὴν γεγενῆσθαι.

Illud πρότερον spectat ad eam expeditionem, qua Polynici, genero suo, contra fratrem eius Eteoclem, qui Thebano regno Polynicen exuerat (v. fragm. sq.), cum sex aliis ducibus in auxilium profectus erat, et in qua solus seruatus fuerat equi Arionis beneficio. (v. *Hygin.* fab. 70. Cf. *Homer.* Il. ψ, 346. sq. *Schol. Eurip.* Phoenn. 411. et *Herm. von der Hardt* in opere ad fragm. LIIII. laudato, p. 517 — 527.) Sed δευτέρα στρατεία suscepta est contra Laodamantem, Eteoclis filium. Ibi in proelio ad Glisantem, Boeotiae oppidum, commisso, amisit Adrastus filium, reliquis ducibus servatis. (v. *Pausan.* 9, 5. p. 722. qui et ipse oppidum illud per vnum σ scriptum exhibet, sed *Homer.* Il. β, 504. per duo σσ. Cf. interpp. ad *Steph. Byz.*) Nam praepositionem ἐν saepe significare *ad* s. *apud*, a multis viris doctis iam obseruatum est, v. c. a *Perizon.* ad Ael. V. H. 2, 25. cuius locis add. *Xenoph.* Ages. 2, 23. ἐν Λεύκτροις. 7, 5. ἐν Κορίνθῳ. hellen. 7, 5, 18. ἐν Λακεδαίμονι — ἐν Μαντινείᾳ. Cf. quos laudat *Abresch.* dilucidatt. Thuc. p. 119. et *Gottleber* ad *Platon.* Menex. c. 13. et supra fragm. XXI.

CIII. a.

Schol. Eurip. Phoenn. 71. Ἑλλάνικος δὲ ἱστορεῖ, κατὰ συνθήκας αὐτὸν (nempe Polynicen) συγχωρῆσαι τὴν βασιλείαν Ἐτεοκλεῖ, λέγων, αἱρεσιν αὐτῷ προτεῖναι τὸν Ἐτεοκλῆ, εἰ βούλοιτο τὴν βασιλείαν ἔχειν, ἢ τὸ μέρος τῶν χρημάτων λαβεῖν, καὶ ἑτέραν πόλιν οἰκεῖν. τὸν δὲ λαβόντα τὸν ὅρμον καὶ τὸν χιτῶνα Ἁρμονίας, ἀναχωρῆσαι εἰς Ἄργος, κρίναντος τοῦ μέρους τὴν βασιλείαν Οἰδίποδός που χωρῆσαι. ὧν τὸν μὲν ὅρμον Ἀφροδίτῃ, τὸν δὲ χιτῶνα Ἀθηνᾷ ἐχαρίσατο, ᾧ καὶ δέδωκε τὴν θύγατρα Ἄδραστος Ἀργείαν.

Ita legitur hic locus in libris *Euripidis* ante *Valckenarium* editis, sed haud dubie corruptus. Certe προτεῖναι recte mutasse *Valcken.* in προθεῖναι videtur: quan-

Digitized by Google

quam nec repugnauerim admodum, si quis tueri velit προτεῖναι. Nam similis locus est apud Schol. Hecub. 644. Ἀφροδίτη τὴν Ἑλένην προτείνει. Similiter in *Aesop.* fabula 236. (all. 111.) νόμον προτείνας, vbi quis προθεὶς vel προβαλὼν exspectet. Idem *Valckenarius* pro που χωρῆσαι emendauit παραχωρῆσαι, et paulo post inseruit post χιτῶνα datiuum αὐτῇ, et datiuos Ἀφροδίτῃ et Ἀθηνᾷ mutavit in nominatiuos, ex ᾧ fecit ἅ, et e τὴν θύγατρα — Ἀργείαν, τῇ θυγατρὶ — Ἀργείᾳ. Profecto optime omnia, atque adeo a nupero editore *Matthaeo* recepta, qui etiam ipse pro κρίναντος τοῦ μέρους legendum suspicatur κρίναντα ἀντὶ τοῦ μέρους. Sed tamen vel sic in toto loco inest nescio quid obscuritatis, inest etiam omnino quod sentio quam non possit placere, etiamsi, cui culpa tribuenda sit, Hellanico ne an Scholiastae vel librariis, vix definiri posse existimem. Saltem de vltimis dubitatio quaedam mihi subnascitur. Nam vix dici potest Adrastus filiae dedisse illum Harmoniae ornatum, ante quam ipse narratus esset eum a Polynice accepisse. Praeterea satis constat, Adrastum filiam suam dedisse Polynici vxorem. (Vid. vel *Hygin.* fab. 69.) Itaque malim vel seruare lectionem ᾧ — τὴν θύγατρα — Ἀργείαν, vt ᾧ pertineat ad Polynicen, vel certe legere: ἅ — τῇ θυγατρὶ Ἀδράστου Ἀργείᾳ, posita post ἐχαρίσατο distinctione maiori. Quae posterior ratio mihi praeferenda videtur etiam ideo, quia sic tollitur difficultas illa, quae oritur e forma accusatiui contracta θύγατρα, quae non quidem defendi non potest, sed in tali scriptore, qualis est vel Hellanicus vel Scholiastes, h. e. vel antiquissimo vel nouo, eoque prosaico, videtur mihi habere insolens quid. — Ceterum ad hanc eandem historiam spectat etiam alius eiusdem *Scholiastae* locus ad Phoenn. 61. vbi ad illa verba, quibus poeta dicit, Oedipum sibi oculos eruisse, haec addit: ὅμοια καὶ Ἑλλάνικος. Omnino conf. *Pherecyd.* p. 188.

De alio Hellanici loco, qui ad Boeotica referendus videtur, dixi §. 6. Cf. fr. XXXVIII.

Digitized by Google

AD *ΔΕΥΚΑΛΙΩΝΕΙΑΝ.*

CIII. b.

Schol. Pindar. Olymp. 9, 64. *Ἡ δὲ Πύῤῥα καὶ Δευκαλίων, ἐκ τοῦ Παρνασσοῦ ἐλθόντες ἐν τῇ λάρνακι, πρῶτον ᾤκησαν ἐν τῇ Ὀποῦντι πλησίον Παρνασσοῦ. Ἔνιοι δὲ οὐκ ἐν τῇ Ὀποῦντί φασι Δευκαλίωνα καὶ Πύῤῥαν οἰκῆσαι· ὁ γὰρ Ἀπολλόδωρος οὕτω γράφει· „οἰκῆσαι δὲ ἐν Κύνῳ τὸν Δευκαλίωνα λέγεται καὶ τὴν Πύῤῥαν, καὶ τὴν Πρωτογένειαν ἐκεῖ τετράφθαι φασίν.“ Ἱστορεῖ δὲ ταῦτα καὶ Ἑλλάνικος. Δυσχεραίνοι δ' ἄν τις, πῶς τινές φασι Πύῤῥας καὶ Δευκαλίωνος εἶναι Πρωτογένειαν, τοῦ Πινδάρου ἐξ Ὀποῦντός τινος Ἡλείου λέγοντος αὐτὴν γεγενῆσθαι. Ὁ δὲ Ἑλλάνικος καὶ τὴν λάρνακα οὐ τῷ Παρνασσῷ φησι προσενεχθῆναι, ἀλλὰ περὶ τὴν Ὄθρυν τῆς Θεσσαλίας.*

Λάρναξ de rudi quodam nauigii genere dicitur satis saepe. Vid. *Pherecydis* fragm. II. Eodem modo *κιβωτὸς* Genes. 6, 14. in historia de diluuio Noacheo. — *Ὀπούς* in epigrammate apud *Strabonem* 9, p. 425. et apud *Brunck.* Vol. III. Analectt. inter *ἀδέσποτα* nr. DCXXV. vocatur *μητρόπολις Λοκρῶν.* — Opuntis nauale, quod sinum Opuntium terminabat, dictum est *Κῦνος.* Vid. *Strab.* l. l. vbi famam quoque memorat, Deucalionem Cyni habitasse, quo ipso loco Pyrrhae monumentum ostendi narrat, vt Deucalionis Athenis. *Liuius* 28, 6. Cynum Locridis dicit esse emporium Opuntiorum vrbis, mille passuum a mari sitae. Ex his aliisque veterum scriptorum locis apparet, in *Scholiis Theocrit.* idyll. 15, 141., vbi Deucalion legitur *ἐν Κύδνῳ τῆς Λοκρίδος* habitasse, scribendum esse *ἐν Κύνῳ.* id quod dudum perspexit *Heyn.* ad *Apollodor.* p. 1039. — *Ὄθρυς* etiam a *Schol. Theocrit.* 3, 45. et *Schol. Apollon. Rhod.* 2, 515. vocatur *ὄρος Θεσσαλίας,* vt ab *Herodoto* 7, 129. aliisque.

CIII. c.

Scholia in Platonem p. 48. ed. *Ruhnken. Κόδρος ἦν ἀπὸ Δευκαλίωνος, ὥς φησιν Ἑλλάνικος. γίνεται γὰρ Δευκα-*

Digitized by Google

λίωνος μὲν καὶ Πύῤῥας, ὡς δὲ τινὲς, Διὸς καὶ Πύῤῥας, Ἕλληνα· Ἕλληνος δὲ καὶ Ὀθρηΐδος, Ξοῦθος, Αἴολος, Δῶρος, Ξενοπάτρα· Αἰόλου δὲ καὶ Ἰφιδος τῆς Πηνειοῦ, Σαλμωνεύς· Σαλμωνέως δὲ καὶ Ἀλκιδίκης, Τυρὼ, ἧς καὶ Ποσειδῶνος, Νηλεύς· Νηλέως δὲ καὶ Χλωρίδος, Περικλύμενος· Περικλυμένου δὲ καὶ Πεισιδίκης, Βῶρος· Βώρου δὲ καὶ Λυσιδίκης, Πένθιλος· Πενθίλου δὲ καὶ Ἀγχιρόης, Ἀνδρόπομπος· Ἀνδροπόμπου δὲ καὶ Ἡνιόχης, τῆς Ἁρμενίου, τοῦ Ζευξίππου, τοῦ Εὐμήλου, τοῦ Ἀδμήτου, Μέλανθος. οὗτος, Ἡρακλειδῶν ἐπιόντων, ἐκ Μεσσήνης εἰς Ἀθήνας ἀνεχώρησε· καὶ αὐτῷ γίνεται παῖς Κόδρος,

Eadem leguntur in *Siebenkeesii* Anecdotis Graecis p. 51. sq. vbi tamen perperam scriptum esse *Πηλεύς· Πηλέως Siebenk.* iam animaduertit, qui *Ἀγκιρόης* quoque male exhibet pro *Ἀγχιρόης*. — Codri maiores paulo aliter enumerauit *Pausanias* 2, 18. p. 151. sq. quo duce eos et ipse nominaui ad *Pherecyd.* fragm. XXVI. p. 123. edit. alterius. — De Hellene eiusque filiis dixi in libro de dialecto Macedon. et Alexandr. p. 8 — 14. — De Salmoneo et Neleo, a *Pherecyd.* p. 119. sq. et 151. et supra ad fragm. XI. — De Melantho vid. *Meurs.* de regibus Atheniensium, 3, 10. in eius Opp. T. I. p. 711—716. qui idem de Codro ibid. 3, 11 — 14. p. 716 — 727. exponit.

AD LIBRVM
ΠΕΡΙ ΕΘΝΩΝ
SIVE
ΕΘΝΩΝ ΟΝΟΜΑΣΙΑΣ:

CIIII.

Schol. Apollon. 2, 713. *ὠνομάσθη Παρνασσὸς ἀπὸ Παρνησσοῦ τοῦ ἐγχωρίου ἥρωος, ὡς Ἑλλάνικος.*

Laudat hunc locum *Phavorin.* sed ita, vt pro Ionico *Παρνησσοῦ* habeat commune *Παρνασσοῦ*, quod Parisinus quoque Codex Scholiorum exhibet. De vsitatissima ista

Digitized by Google

in scribendo hoc nomine diuersitate vid. *Spanhem.* ad *Callimach.* h. in Del. 93.

CV.

Hesychius: Κάδμιοι, οἱ Πριηνεῖς, ὡς Ἑλλάνικος.

Priene fuit vnum e duodecim illis oppidis Ionicis, et quidem in Caria. (v. *Herodot.* 1, 142.) Iam vero Cadmus, qui primus historiam condere instituit, fuit Milesius, auctore *Plinio* H. N. 5, 29. s. 31. et 7, 56. s. 57. Miletum autem constat inprimis nobilitatam fuisse coloniarum, quas emisit, multitudine (v. *Strab.* 7, p. 319. A. B. 13, p. 589. B. C. et *Frid. Eberh. Rambachii* diss. de Mileto eiusque coloniis, Hal. 1790. 4.), nec admodum longe dissitam ab oppido Priene. (v. *Paus.* 8, 24. p. 647). Fortasse igitur Cadmus ille deduxit Prienen coloniam Mileto, ita vt Prienenses inde appellarentur Cadmii.

CVI.

Steph. Byz. Ὑπερβόρεοι — *Ἑλλάνικος δὲ Ὑπερβόρειοι γράφει, διὰ διφθόγγου.*

Quae si vera sunt, minus recte editur in loco *Clementis Alex.* stromm. 1, p. 305. C. *τοὺς δὲ Ὑπερβορέους Ἑλλάνικος ὑπὲρ τὰ Ῥίπαια ὄρη οἰκεῖν ἱστορεῖ· διδάσκεσθαι δὲ αὐτοὺς δικαιοσύνην, μὴ κρεωφαγοῦντας, ἀλλ' ἀκροδρύοις χρωμένους.* Et in *Theodoreti* de Graecorum affectibus curandis disputatione XII. Vol. IV. p. 1024. sq. edit. *Schulz.* (Hal. 1772. 8.) *Ἑλλάνικος ἐν ταῖς Ἱστορίαις ἔφη, τοὺς Ὑπερβορέους οἰκεῖν μὲν ὑπὲρ τὰ Ῥίπαια ὄρη, ἀσκεῖν δὲ δικαιοσύνην, μὴ κρηφαγοῦντας, ἀλλ' ἀκροδρύοις χρωμένους.* De loco, quem incolant Hyperborei, consentit cum Hellanico *Damastes* in libro *περὶ Ἐθνῶν* apud *Steph. Byz.* Vnde fortasse rectius hic locus referri poterat ad Hellanici *Βαρβαρικὰ Νόμιμα.* Cf. supra §. 5. Quodsi *Theodoretum* sequimur, fragmentum putabimus esse ex Hellanici *Ἱστορίαις,* e quibus non dubito quin pleraque eius petita sint. Sed in scribendo huius gentis nomine

per

per diphthongum, semel imitatus est Hellanicum *Schol. Apollon.* 2, 677. non tamen in Codice Parisiensi. Alias ipse quoque scribit per simplex ε̄, vt 4, 611. Sic etiam *Antipater Thessalonicensis* in *Brunckii* Analectt. Vol. II. p. 118. nr. XXXVI. *οὔνομα δ' αὐτῆς ἤρχετο Ῥιπαίων ἄχρις ὑπερβορέων.* Ipsam horum populorum historiam illustrant *Gedoyn* recherches sur les Hyperboréens, in Mem. de l'acad. des I. et B. L. T. VII. p. 113 — 126. et *Banier* nouvelles réflexions sur les peuples appellez Hyperboréens, ibid. p. 127 — 150. Cf. Hist. de l'acad. des inscrr. T. XVIII. p. 198. sqq. et *Theophil. Sigefr. Bayeri* diss. de Hyperboreis, T. XI. Commentt. Petropol.

CVII.

Dionys. Halic. archaeol. 1, p. 28, 4. *Ἑλλάνικος δ Λέσβιός φησιν Ἡρακλέα τὰς Γηρυόνου βοῦς ἀπελαύνοντα εἰς Ἄργος, ἐπειδή τις αὐτῷ δάμαλις ἀποσκιρτήσας τῆς ἀγέλης ἐν Ἰταλίᾳ ὄντι ἤδη, φεύγων διῆρε τὴν ἀκτήν, καὶ τὸν μεταξὺ διανηξάμενος πόρον τῆς θαλάσσης, εἰς Σικελίαν ἀφίκετο, ἐρόμενον ἀεὶ τοὺς ἐπιχωρίους καθ' οὓς ἑκάστοτε γένοιτο διώκων τὸν δάμαλιν, εἴ ποι τις αὐτὸν ἑωρακὼς εἴη τῶν τῇδε ἀνθρώπων, Ἑλλάδος μὲν γλώττης ὀλίγα συνιέντων, τῇ δὲ πατρίῳ φωνῇ κατὰ τὰς μηνύσεις τοῦ ζώου καλούντων τὸν δάμαλιν οὐΐτουλον, ὥσπερ καὶ νῦν λέγεται, ἀπὸ τοῦ ζώου τὴν χώραν ὀνομάσαι πᾶσαν ὅσην ὁ δάμαλις διῆλθεν, Οὐϊταλίαν. μεταπεσεῖν δὲ ἀνὰ χρόνον τὴν ὀνομασίαν εἰς τὸ νῦν σχῆμα, οὐδὲν θαυμαστὸν, ἐπεὶ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν πολλὰ τὸ παραπλήσιον πέπονθεν ὀνομάτων. πλὴν εἴτε, ὡς Ἀντίοχός φησιν, ἐπ' ἀνδρὸς ἡγεμόνος, ὅπερ ἴσως καὶ πιθανώτερόν ἐστιν· εἴθ', ὡς Ἑλλάνικος οἴεται, ἀπὸ τοῦ ταύρου τὴν ὀνομασίαν ταύτην ἔσχεν, ἐκεῖνό γ' ἐξ ἀμφοῖν δῆλον, ὅτι κατὰ τὴν Ἡρακλέους ἡλικίαν, ἢ μικρῷ πρόσθεν, οὕτως ὠνομάσθη.*

Eandem, quam Hellanicus, nominis *Italiae* originem tradit *Varro* de re rust. 2, 1, 9. v. inprimis 2, 5, 3.

CVIII.

Steph. Byz. Ἄβδηρα, πόλεις δύο. ἡ μὲν Θρᾴκης, ἀπὸ Ἀβδηρίτου τοῦ υἱοῦ Ἡρίμου, Ἡρακλέους ἐρωμένου, ὃν αἱ Διομήδους ἵπποι διεσπάσαντο, ὡς Ἑλλάνικος καὶ ἄλλοι φασίν.

Pro Ἀβδηρίτου legendum esse Ἀβδήρου, non solum ipse loci sensus docet, sed etiam *Hygin.* fab. 30. et *Apollodor.* 2, 5, 8. vbi diserte ita scribitur. Idque iam *Stephani* interpretes viderunt. Sed pro Ἡρίμου reponi debere Ἑρμοῦ, primus, ni fallor, docuit *Heynius* ad *Apollod.* p. 371. ex editt. vett. Quatuor Diomedis equorum nomina, praeter alios, recenset *Hyginus* l. l.

CVIIII.

Steph. Byz. Αἴπεια, πόλις — Κρήτης, ὡς Ἑλλάνικος.

CX.

Steph. Byz. Θεστίδειον, πόλις Θεσσαλική. Ἑλλάνικος δὲ δίχα τοῦ σ̄ φησὶν, ἀπὸ Θέτιδος.

Vera videtur esse scriptura, quam Hellanicus secutus est. (v. *Eurip.* Androm. 19. sq. et *Schol. Lycophr.* 175. p. 24. b.) Apud *Strab.* 9, p. 431. D. scribitur Θετίδιον. vbi vid. *Tzschuck.* Vol. III. p. 587.

CX. b.

Auctor Συναγωγῆς λέξεων χρησίμων, in *Bekkeri* Anecdot. Graec. Vol. I. p. 362, 24. Αἶμον τὸ ὄρος οὐδετέρως Ἑκαταῖος διὰ παντὸς, καὶ Διονύσιος, καὶ Ἑλλάνικος, καὶ Εὔδοξος,

Apud *Plinium* 4, 11, 18. aliosque ponitur masculine. Apud eundem 31, 4, 30. et *Thucyd.* 2, 96. genus ambiguum est. Rectius etiam scribi cum adspiratione, docet locus *Theocriti* Idyll. 7, 76. μακρὸν ὑφ' Αἷμον.

Digitized by Google

CXI.

Steph. Byz. Ἀκέλη, πόλις Λυκίας. — ἔοικε δὲ λέγεσθαι ἀπὸ Ἀκέλλου, τοῦ Ἡρακλέους καὶ Μάλιδος παιδὸς, δούλης τῆς Ὀμφαλίδος, ὡς Ἑλλάνικος. — Ἑλλάνικος δ' εἶπεν, εἰς πόλιν Ἀκέλην. ἐχρῆν γὰρ Ἀκέλητα εἶναι.

Ex vltimis verbis iam ante me obseruatum fuit, pro Ἀκέλη reponendum esse Ἀκέλης, et Ὀμφαλίδος *Salmasius* non male putabat mutandum esse in Ὀμφάλης Λύδης. Sed fortasse legi possit δούλης Ὀμφαλίδος, ita vt τῆς ortum dicatur e syllaba λης, et δούλη Ὀμφαλὶς sit δούλη τῆς Ὀμφάλης. Omnino vid. *Creuzer.* ad Historicorum Graecorum fragmenta p. 186. sq. et *Wesseling.* ad *Herodot.* 1, 7.

CXII.

Steph. Byz. in v. Καρία· Καρὶς δὲ ἐλέγετο ἡ Κῶς, ὡς Ἑλλάνικος.

Ob hunc locum *Berckel.* in v. Κῶς, vbi legitur: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Καρία, nomen Καρία mutavit in Καρὶς.

CXIII.

Steph. Byz. Γέλα, πόλις Σικελίας. — Ἑλλάνικος (eam nomen accepisse dicit) ἀπὸ Γέλωνος, τοῦ Αἴτνης καὶ Τμάρου.

Idem tradit *Suid.* in h. v. sed omisso nomine Hellanici. Scilicet Gelo erat antiquus Siciliae tyrannus, (v. *Iustin.* 23, 4, 4.) Darii Hystaspidae temporibus. Cf. *Herodot.* 7, 153. Sed video tamen dubitari posse, an hic Gelo fuerit Gelae conditor, quia ab *Herodoto* 7, 145. vocatur Dinomenis filius.

CXIIII.

Steph. Byz. Καβασσὸς, πόλις ἐν Καππαδοκίᾳ. — Ἑλλάνικος δὲ, τῆς Λυκίας πόλιν Καβασσόν. Ἀπίων δὲ ἀληθέστερον φησὶ, κώμην εἶναι Καππαδοκίας, μεταξὺ Ταρσοῦ καὶ Μαζάκων.

Scilicet vt recte *Holsten.* obseruauit, tribuitur diversis regionibus ob regionum viciniam. Equidem pu-

tem, *Hellanicum* scripsisse *Κιλικίας*, non *Λυκίας*, *Stephanum* vero deprauato Codice vsum esse. Lycia enim remotior erat a Cappadocia, et nomina *Λυκία* et *Κιλικία* non raro inter se permutari notum est. Conf. supra ad fragm. LXII.

CXV.

Steph. Byz. *Ολάνθη, πόλις Λοκρῶν.* — *Ἑλλάνικος δὲ Ολάνθειαν αὐτήν φησιν.*

Hellanicum secutus est *Pausan.* 10, 38. p. 897.

CXV. b.

Schol. Pind. Olymp. 7, 135. *Ἥλιον καὶ Ῥόδου (οὕτω γὰρ αὐτὴν Ἑλλάνικος καλεῖ) ἑπτὰ παῖδες γίνονται, Ὠχιμος, Κέρκαφος, Ἀκτῖς, Μακαρεύς, Κάνδαλος, Τριόπης, Φαέθων ὁ νεώτατος, ὃν οἱ ἐν τῇ νήσῳ ὀνομάζουσι Τενάγην· περὶ δὲ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διαφωνοῦσιν· οὐ πάντες γάρ φασι τοὺς αὐτούς.*

Quae ab *Hellanico*, et a *Schol.* ad Ol. 7, 23. 24. 25. 32. pluribusque locis, item ab *Eustath.* ad Il. β, p. 315. et a *Diodoro Siculo* 5, 61. *Ῥόδος*, ea apud *Apollodor.* 1, 4. extr. et in *Schol. Hom.* ad Odyss. ρ, 208. *Ῥόδη* appellatur. Et *Apollodorus* quidem dicit eam fuisse Neptuni ex Amphitrite Oceanide filiam, sororem Tritonis, Solis vxorem. A *Scholiasta Homerico* dicitur eadem Soli Phaethontem alios que liberos peperisse. Scilicet cur insula maris, in heroinam s. semideam mutata, Neptuni filia dicatur, sponte patet sua. Neque obscurum est, cur Solis vxor. Nam *Plinius* H. N. 2, 62. refert, Rhodi nunquam tanta nubila obduci, vt non aliqua hora sol cernatur. Eodem modo manifestum est, cur a nonnullis (v. *Schol. Pindar.* Ol. 7, 24. sq.) Veneris filia fuerit nominata. Insula enim egregie pulchra et amoena esse traditur a *Sueton.* Tiber. c. 11. — Ad *Ἀσωπίδα* si quis referre hoc fragmentum velit, habebit quo sententiam suam tueatur. Nam in *Scholiis* ad

Digitized by Google

Odyss. l. l. Ῥόδη vocatur Asopi filia. Ego vero Scholiastae huius auctoritate vti veritus sum.

AD ΘΕΤΤΑΛΙΚΑ:

CXVI.

Schol. Apollon. 1, 40. et ex eo *Phavorin: Λάρισα, πόλις Θεσσαλική, ἣν ἔκτισεν Ἀκρίσιος· ἥτις ὠνομάσθη ἀπὸ Λαρίσσης τῆς Πελασγοῦ, ὥς φησιν Ἑλλάνικος.*

Supra fragm. VII. ipse Pelasgus dicebatur ab Hellanico Larissae conditor. E quo patet, h. l. tantum verba *ἥτις — Πελασγοῦ* ex Hellanico depromta putari debere.

CXVII.

Schol. Apollon. 3, 335. *ὁ Ἰάσων ἀπὸ Αἰόλου τὸ γένος κατάγει, ὡς Ἑλλάνικος.*

Alias Iason dicitur Aesonis e Polymede filius. v. *Apollod.* 1, 9, 16. Sed vera tradidit Hellanicus. Nam Cretheus, Aesonis pater, fuit Aeoli ex Enareta filius. v. *Apollod.* 1, 7, 3. Cf. supra ad fragm. XI.

CXVIII.

Schol. Pindar. Nem. 3, 64. *Ἑλλάνικος πάντας τοὺς ἐν τῇ Ἀργοῖ πλεύσαντας Ἡρακλεῖ συστρατεῦσαι φησίν.*

Ipse *Pindarus* l. l. Telamonem tantum commemorat, qui secutus sit Herculem in expeditionem contra Amazonas. In Troicis Hellanicum rem tradidisse putat *Boeckhius*, haud dubie propter fragm. CXXXVIII.

CXVIIII.

Schol. Eurip. Med. 9. *περὶ δὲ τῆς εἰς Κόρινθον μετοικήσεως Ἱππεὺς ἐκτίθεται καὶ Ἑλλάνικος.*

Nempe Iason, occiso Pelia, patruo suo, rege Iolci regia est potitus, Acastoque Peliae filio (cf. ad fragm. XII.), quod secum Colchos ierat, regnum paternum tra-

Digitized by Google

didit, et cum Medea Corinthum profectus est, vel sponte, vel ab Acasto pulsus, vbi susceptus fuit ab Hippota, Creontis filio, rege Corinthi. v. *Hygin.* fab. 24. *Schol. Eurip.* Med. 20. Cf. ad v. 273. *Diod. Sic.* 4, 54. et *Paus.* 2, 3. p. 118. sq. it. *Banier* hist. de Médée, in Mem. d. I. T. XIIII. p. 41 — 55. Eandem Medeae historiam peculiari commentatione (Mantuae 1785. 8.) illustrauit *Ioh. Hieron. Carli.* Sed videre eam et legere mihi nondum licuit. Pro Ἱππεὺς *Vossius* de Histor. Gr. 4, 3. p. 442. legendum putat Ἵππυς. Recte, vt mihi quidem videtur. Intelligitur enim haud dubie *Hippys Rheginus*, qui Darii et Xerxis temporibus floruit. Etiam *Schweighäusero* Animaduerss. in *Athenaeum* T. I. p. 231. *Vossii* correctio probatur. — Nihil ad nostrum locum annotare placuit *Barnesio.*

CXX.

Pausan. 2, 3. p. 118. extr. de Medeae filio: Ἑλλάνικος αὐτὸν Πολύξενον καλεῖ, καὶ πατρὸς Ἰάσονός φησιν εἶναι.

Alii enim eum vocant Medum, et Medeae ex Aegeo, Atheniensium rege, ad quem confugerat Medea, postquam Iason vxorem duxerat Hippotae filiam, et ipsa Medea liberos suos interfecerat, filium. v. *Apollod.* 1, 9, 28. *Eustath.* ad *Dionys.* 1017. et quos laudaui ad fragm. CXVIIII.

CXXI.

Schol. Theocr. 16, 49. Κύκνον λέγει τὸν Ποσειδῶνος καὶ Κήϋκος, τὸν ἀνῃρημένον ὑπὸ Ἀχιλλέως. λευκὸς γὰρ ἦν τὴν χροιὰν ἐκ γενετῆς, ὥς φησιν Ἑλλάνικος.

De miro illo loquendi genere, quo Cycnus dicitur Neptuni et Ceycis filius, quem tamen e *Schol. Pindar.* Ol. 2, 147. et *Tzetz.* ad *Lycophr.* 232. Scamandrodices et Neptuni filium fuisse sciamus, dixi iam ad fragm. LXXXIIII. vbi etiam Ceycis parentes attuli. Fuit autem Ceyx Trachinis in Thes-

Digitized by Google

salia rex. (v. *Apollod.* 2, 7, 6.) Noster Cycnus, quem Achilles Troianis auxiliaturum interfecit, distinguendus est ab alio Cycno, qui fuit Martis ex Pelopia filius, ab Hercule occisus. (v. *Hesiod. ἀσπ.* 56. sqq.) Sed saepe hos duo Cycnos inter se confusos esse, docuerunt intt. *Hygin.* fab. 31.

CXXII.

Steph. Byz. Ἀφεταὶ, πόλις τῆς Μαγνησίας. Ἑλλάνικος.

Quae deinde *Steph.* addit de nominis origine: *ὅτι ἐντεῦθεν δευτέραν ἄφεσιν ἡ Ἀργὼ ἐποιήσατο, ἢ ὅτι ἐκεῖ οἱ Ἀργοναῦται τὸν Ἡρακλέα κατέλιπον*, eorum prius ab *Apollon. Rhod.* 1, 591. confirmari, alterum ab ipso *Herodoto* 7, 193. obseruarunt iam alii. Varias relicti Herculis rationes attulit e veteribus scriptoribus *Scholiastes Apollon. Rhod.* 1, 1168. et 1289. De aliis Magnesiis vid. infra ad fragm. CXXXI.

CXXIII.

Steph. Byz. Σπαλέθρη, πόλις Θεσσαλίας. Ἑλλάνικος δὲ Σπάλαθραν αὐτήν φησι.

Spalathra legitur etiam apud *Plin.* H. N. 4, 9. sect. 16.

AD *IEPEIAΣ ΤΗΣ ΗΡΑΣ*:

CXXIIII.

Dionys. Halic. archaeol. 1, p. 18, 1. *τὸ Σικελικὸν γένος ἐξέλιπεν Ἰταλίαν· ὡς μὲν Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιός φησι, τρίτῃ γενεᾷ πρότερον τῶν Τρωϊκῶν, Ἀλκυόνης ἱεραμένης ἐν Ἄργει κατὰ τὸ ἕκτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος. δύο γὰρ ποιεῖ στόλους Ἰταλικοὺς διαβάντας εἰς Σικελίαν· τὸν μὲν πρότερον, Ἐλύμων, οὓς φησιν ὑπὸ Οἰνώτρων ἐξαναστῆναι· τὸν δὲ μετὰ τοῦτον ἔτει πέμπτῳ γενόμενον, Αὐσονίων Ἰάπυγας φυ-*

γόντων· βασιλέα δὲ τούτων ἀποφαίνει Σικελὸν, ἀφ' οὗ τοὔνομα τοῖς τε ἀνθρώποις καὶ τῇ νήσῳ τεθῆναι.

Pro ἱεραμένης sine vlla dubitatione legi debet ἱερωμένης. Nam sic est apud *Thucyd.* 2, 2. Sed pro Ἀλκυόνης, quae fuit vna ex Hyadibus (v. fragm. XXIIII.), *Heynius* ad *Apollod.* p. 685. non male coniicit Ἀλκινόης, quae filia fuit Stheneli et Nicippes, atque adeo Pelopis neptis et soror Eurysthei. (v. *Apollod.* 2, 4, 5.)

Non dubito, quin Hellanicus intelligendus sit apud eundem *Dionysium* 1, p. 58, 16. vbi, ὁ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει, inquit, καὶ τὰ καθ' ἑκάστην πραχθέντα συναγαγών, Αἰνείαν φησὶν ἐκ Μολοττῶν εἰς Ἰταλίαν ἐλθόντα μετ' Ὀδυσσέως, οἰκιστὴν γενέσθαι τῆς πόλεως, ὀνομάσαι δ' αὐτὴν ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἰλιάδων Ῥώμης. ταύτην δὲ λέγει ταῖς ἄλλαις Τρωάσι παρακελευσαμένην, κοινῇ μετ' αὐτῶν ἐμπρῆσαι τὰ σκάφη, βαρυνομένην τῇ πλάνῃ. ὁμολογεῖ δ' αὐτῷ καὶ Δαμάστης ὁ Σιγεὺς, καὶ ἄλλοι τινές.

AD *ΙΣΤΟΡΙΑΣ*:

CXXV.

Schol. Apollon. 1, 146. Αἰτωλὶς, ἡ Λήδα. — Ἑλλάνικος δὲ Καλυδωνίαν αὐτήν φησι.

Nomen Αἰτωλὶς, quo appellatur Leda ab *Apollonio*, non differre putandum est a nomine Καλυδωνία. Nam Ledae pater, Thespius s. Thestius, fuit filius Martis e Demonice, pro qua tamen Androdice in Scholio illo ponitur. Demonice autem fuit filia Agenoris, Pleuronis filii, atque adeo Aetoli nepotis, ex Epicaste, filia Calydonis, Pleuronis fratris. v. *Apollod.* 1, 7, 7. et *Pherecyd.* fragm. VIII.

CXXVI.

Schol. Apollon. 2, 406. Ἑλλάνικος ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς φησὶ κεῖσθαι τὸ δέρας.

Sed *Apollonius* dicit, vellus illud aureum in luco Martis suspensum fuisse. Dissensus iste componi fortasse

Digitized by Google

possit ex *Apollodoro* 1, 9, 1. quo auctore Phrixus arietem, quo vectus feliciter mare traiecerat, immolauit quidem Phyxio Ioui, sed aureum eius vellus donauit Aeetae, Colchidis regi, a quo exceptus fuerat, qui illud suspendit in luco Martis. Sed praestat dicere, non vno modo rem narratam fuisse. Sic *Schol. Aristoph.* nubb. 256. dicit, Phrixum sacrificasse arietem *χρυσόμαλλον* Marti, vel Mercurio. Sic magis consentit cum Hellanico *Eratosthenes* catasterism. 19. p. 115. ed. *Gal.* ᾧ (nempe Aeetae) *καὶ ἐν Διὸς ἔδωκε τὴν χρυσῆν δορὰν, ὅπως μνημόσυνον ἔχῃ.*

CXXVII.

Schol. Apollon. 2, 1147. *τελευτῆσαι τὴν Ἕλλην κατὰ Πακτύην φασὶν, ὡς καὶ Ἑλλάνικος μαρτυρεῖ.*

Apud *Apollodor.* l. l. Helle dicitur ex ariete decidisse *κατὰ τὴν μεταξὺ κειμένην θάλασσαν Σιγείου καὶ Χερρονήσου*, apud *Schol. Aristoph.* l. l. *ἐν τῷ περαιοῦσθαι τὸν ἐν Ἀβύδῳ πορθμόν. Pactye* autem erat oppidum Chersonesi Thracicae ad oram Propontidis. Fortasse igitur fluctibus huc delata et ibi demum mortua est.

CXXVIII.

Iosephus archaeol. 1, 4. *Ἑλλάνικος καὶ Ἀκουσίλαος, καὶ πρὸς τούτοις Ἔφορος καὶ Νικόλαος, ἱστοροῦσι τοὺς ἀρχαίους ζήσαντας ἔτη χίλια.*

Simillima, vel potius eadem, habent *Eusebius* praep. euang. 9, 13. p. 415. D. et *Ge. Syncellus* chronograph. p. 43. B. Cf. supra in *Φοινικικά*. Scilicet quum antiquis temporibus longaeuitas habita fuerit in praecipuis virtutis et pietatis praemiis, quod non solum permulti Hebraeorum in libris V. T. loci declarant, verum etiam Graecorum (cf. *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Dian. 132.), antiquissimae autem aetatis homines semper putati fuerint pietate et vitae integritate hominibus recentiorum temporum longe praestitisse (vid. vel *Horat.* 3, od. 6, 46. sqq.): intelligi facile potest, quomodo factum sit, vt homines an-

Digitized by Google

tiqui dicerentur ad insignem senectutem peruenisse (cf. *Hesiod. ἔργ.* 108 — 139.), neque tantum singulis hominibus longissimum senium tribueretur, sed integris adeo ciuitatibus, vel saltem magnae earum parti. Cuius generis exemplum ipse Hellanicus suppeditauit, quod discimus ex his *Valerii Maximi* (8, 13, ext. 6.) verbis: „*Hellanicus ait, quosdam ex gente Epiorum, quae pars est Aetoliae, ducentos explere annos.*“ *Coletus* ibi legendum coniiciebat *Epiriorum*, sed minus considerate. Nam non solum *Plinius* ita legit (H. N. 7, 48. s. 49.): „*Hellanicus quosdam in Aetolia Epiorum gentis ducentos* (vitae annos) *explere* (tradit),“ sed constat etiam e multis scriptoribus, v. c. e *Steph. Byz.* in v. *Ἐπειοί*, et *Tzetz.* ad *Lycophr.* 151. Epeos eosdem esse quos Eleos. Sed quum sciamus, Aetolum, quum a Salmoneo, Epeorum rege, eiectus fuisset, concessisse in eam regionem, quae postea ab eo Aetolia dicta est, et colonos eo duxisse (v. *Steph. Byz.* in v. *Αἰτωλία* ibique interpp.): sponte intelligitur, quinam fuerint illi *quidam ex gente Epiorum.* Cf. *Torren.* ad *Valer. Max.* l. l. Iam liceat ob argumenti similitudinem adscribere locum *Censorini* de die nat. c. 17. „*Poetae multa incredibilia scripserunt, nec minus historici Graeci: quamuis eos a vero non par fuit recedere. Vt Herodotus* (1, 163.); *apud quem legimus, Arganthonium, Tartessiorum regem, centum et quinquaginta annorum fuisse. Vt Ephorus; qui tradit, Arcadas dicere, apud se reges antiquos aliquot ad trecentos vixisse annos. Verum haec, vt fabulosa, praetereo.*“ Sed omnino vid. *Plin.* l. l.

CXXVIII. b.

Schol. Pindar. Olymp. 3, 22. p. 95. ed. *Boeckh.* *περὶ τοῦ τῶν Ἑλλανοδικῶν ἀριθμοῦ Ἑλλάνικός φησι καὶ Ἀριστόδημος, ὅτι τὸ μὲν πρῶτον β', τὸ δὲ τελευταῖον ι'. τοσαῦται γὰρ αἱ τῶν Ἠλείων φυλαί, καὶ ἀφ' ἑκάστης εἷς ἦν Ἑλλανοδίκης.*

Praeeunte *Pausania* 5, 9. p. 397. de Hellanodicarum

s. Agonothetarum numero non semper eodem distincte dixit *Boeckhius* l. l.

AD LIBRVM
ΠΕΡΙ ΧΙΟΥ ΚΤΙΣΕΩΣ:

CXXVIIII.

Schol. Apoll. Rhod. 1, 608. et ex eo *Phavor.* in v. *Σιντῆς*· *Ἑλλάνικος δέ φησι Σίντιας ὠνομασθῆναι τοὺς Λημνίους, διὰ τὸ πρώτους ὅπλα ποιῆσαι πολεμικὰ πρὸς τὸ σίνεσθαι τοὺς πλησίον καὶ βλάπτειν.*

Haec in Cod. Paris. breuius ita traduntur: *Ἑλλάνικος δέ φησιν, οὕτως αὐτοὺς κληθῆναι, ὅτι πρῶτον ἐχάλκευσαν ὅπλα, οἷς σίνονται οἱ πολέμιοι.*

Tzetz. ad *Lycophr.* 460. *Λήμνιοι, ὥς φησιν Ἑλλάνικος, εὗρον ὁπλοῖαν.*

E loco *Tzetzis*, quem supra attuli post fragm. LVI. et e fragm. LVI. b., intelligi poterit, cur hos locos referendos putauerim ad librum *περὶ Χίου κτίσεως*. Ex eodem vero *Tzetzae* loco, quem dixi, apparere videtur, in hoc *Tzetzae* loco editionem *Potteri*, quam bene est quod non sequitur Romana *Sebastiani*, male *ὁπλοιῖαν* exhibere pro *ὁπλοποιῖαν*. De re ipsa legendus est *Strabo* 12, p. 549. sq. vbi, postquam dixit, nomina gentium, inprimis apud barbaros, multis mutationibus obnoxia esse, pergit hunc in modum: *Σίντιες ἐκαλοῦντο τινὲς τῶν Θρᾳκῶν* (Lemnus enim erat insula ad Thraciam), *εἶτα Σίντιοι, εἶτα Σάϊοι. — οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι Σάπαι νῦν ὀνομάζονται. πάντες γὰρ οὗτοι περὶ Ἄβδηρα* (v. fragm. CVIII.) *τὴν οἴκησιν εἶχον, καὶ τὰς περὶ Λῆμνον νήσους.* Cf. *Schol. Hom. Wassenb.* Il. α, 594.

AD *ΛΕΣΒΙΑΚΑ*:

CXXX.

Steph. Byz. Μέταον, πόλις Λέσβου, ἣν Μέτας Τυρρήνὸς ᾤκισεν, ὡς Ἑλλάνικος.

AD *ΤΑ ΠΕΡΙ ΛΥΔΙΑΝ:*

CXXXI.

Sotion in libello *περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν* (qui extat in *Sylburgii* edit. operum *Aristotelis* T. III. P. II.) p. 124. extr. *Ἑλλάνικός φησι περὶ Μαγνησίαν τὴν ἐπὶ Σιπύλου, πηγὴν εἶναι, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας κοιλίαν ἀπολιθοῦσθαι.*

Magnesia haec erat oppidum ad Sipylum montem in Lydia. v. *Strab.* 13, p. 621. D. qui et h. l. et aliis in locis vocat *Μαγνησίαν τὴν ὑπὸ Σιπύλῳ.* Hoc enim cognomine distinguitur a Magnesia Thessaliae regione, de qua cf. fragm. XII. et CXXII. et a Magnesia Ioniae ad Maeandrum sita, de qua *Schol. Apollon. Rhod.* 1, 584. *ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Μαγνησία περὶ Ἔφεσον, ἐκτισμένη ὑπὸ Λευκίππου* (Codex Paris. habet *Μάγνητος*) *τοῦ Καρὸς, μετοικήσαντος ἐκεῖ σὺν Μάγνησι τοῖς ἐκ Κρήτης.* Quod vero attinet ad ipsam illam fontis illius vim, puto eum potum ita refrigerasse stomachum, vt lapidescere videretur. Nam, vt alios taceam, *Plinius* H. N. 31, 2. s. 19. diserte de quadam Arcadiae aqua ad Nonacrin, „*hanc*, inquit, *putant nimio frigore esse noxiam, vtpote quum profluens ipsa lapidescat.*" et paulo post, sect. 20. „*in Perperenis fons est, qui, quacunque rigat, lapideam facit terram.*" Cf. 2, 103. sect. 106.

AD *ΠΕΡΣΙΚΑ:*

CXXXII. a.

Clemens. Alex. stromm. 1, p. 307. D. *πρώτην ἐπιστολὰς συντάξαι Ἄτοσσαν, τὴν Περσῶν βασιλεύσασαν, φησὶν Ἑλλάνικος.*

Hellanicum id narrasse, tradunt etiam *Tatianus* orat. contr. Gr. p. 142. A. et *Eusebius* praep. euang. 10, 6. p. 476. D. *Atossam* fuisse Cyri maioris filiam, Darii Hystaspidis vxorem, satis constat. Cf. *Herodot.* 7, 2. An vero hoc loco eadem sit intelligenda, dubitari potest. Nam

Digitized by Google

etiam Artaxerxes Mnemon filiam habuit Atossam, quam instigante Parysatide matre vxorem duxit. v. *Plutarch.* in Artaxerxe c. 23. T. I. Opp. p. 1023. Eiusdem item Artaxerxis filius, qui a *Plutarcho* l. l. cap. 30. p. 1026. E. *Ἀριάσπης*, ab *Iustino* 10, 1, 1. Ariarates vocatur, filiam habuisse Atossam videtur. Vid fragm. CXXXII. b.

CXXXII. b.

Anonymus de mulieribus, quae bello inclaruerunt, (in *Bibliothek der alten Literatur und Kunst* P. VI. Goetting. 1789. 8. inter Inedita) p. 18. sq. *Λύττουσα. Ταύτην φησὶν Ἑλλάνικος ὑπὸ τοῦ πατρὸς Ἀριάσπου ὡς ἄῤῥενα τραφεῖσαν διαδέξασθαι τὴν βασιλείαν. Κρυβοῦσαν δὲ τὴν τῶν γυναίων ἐπίνοιαν, τιάραν πρώτην φορέσαι· πρώτην δὲ καὶ ἀναξυρίδας, καὶ τὴν τῶν εὐνούχων ὑπουργίαν εὑρεῖν, καὶ διὰ βίβλων τὰς ἀποκρίσεις ποιεῖσθαι. Πολλὰ δὲ ὑποτάξασα ἔθνη, πολεμικωτάτη καὶ ἀνδρειοτάτη ἐν παντὶ ἔργῳ ἐγένετο.*

Nomen *Λύττουσα* s. *Λυττοῦσα* nunquam auditum fuisse, neque inter Graecos, neque inter Assyrios aut Persas, sed in *Ἄτοσσα* mutandum esse, mihi persuasum est. Quaenam vero ex pluribus Atossa intelligi debeat, quaerendum videtur. Adiectum patris nomen credere nos paene iubet, intelligendam esse Artaxerxis Mnemonis neptim. Vid. ad fragm. CXXXII. Sed vt taceam, huius nomen a *Plutarcho* non esse additum, nos etiam ea, quae de Atossa h. l. narrantur, ita statuere vetant. Verba *ὡς ἄῤῥενα — εὑρεῖν* docere videntur, cogitandum esse de Semiramide, Nini, Assyriorum regis, vxore, Ninyae matre, de qua *Iustinus* 1, 2. haec scripsit: „simulat se, pro vxore Nini, filium, pro femina, puerum. — Igitur brachia ac crura velamentis, caput tiara tegit.“ — Verba *διὰ βίβλων τὰς ἀποκρίσεις ποιεῖσθαι* monent, vt intelligamus Atossam, Persarum reginam, Cyri filiam. (v. fragm. CXXXII.) quanquam vix probabile videri potest, ab hac demum inuentam fuisse artem epi-

Digitized by Google

stolas scribendi. Verba *πολλὰ δὲ — ἐγενέτο* rursus conueniunt in Semiramidem, Nini vxorem. Atque hanc intelligit etiam *Heerenius*, in annotationibus ad locum Anonymi, propter verba *τὴν τῶν εὐνούχων ὑπουργίαν εὑρεῖν*. Conf. mox fragm. CXXXV. His tamen verbis significari simpliciter potest, reginam illam spadonibus primam vsam esse ministrorum loco. — Equidem ita sentio: 1) Atossa, quae hoc et praecedente fragmento memoratur, non est Cyri filia, neque Artaxerxis Mnemonis aut filia aut neptis. 2) Non patre vsa est Ariaspa quodam, vel, si Ariaspen patrem habuit, certe is non fuit Artaxerxis filius, sed antiquior aliquis, cui, praeter istud nomen, etiam aliud nomen fuerit, quod nunc quidem omnibus est ignotum. 3) Atossa est in vtroque fragmento nulla alia nisi Semiramis, non vero celebris illa Nini vxor, sed Belochi filia, quae cum patre regnauit, paulo post mortem Iosuae, atque adeo annis quingentis post illam, et mille fere annis ante Cyrum. *Eusebius* Chron. lib. 2. p. 80. edit. *Scalig.* ad nr. DLXXXIII. habet haec: „Assyriorum octauus decimus *Bolochus* an. XXV. cuius filia *Atossa*, quae et Semiramis, regnauit cum patre ann. XII.“ vbi *Belochus* legendum videtur. In Graecis enim *Eusebii* p. 22. inter Assyriorum reges nonus ponitur *Βήλωχος*, p. 25. vndeuigesimus et p. 115. duodeuigesimus *Βήλοχος*, qui p. 27, 29. *Ἀσσυρίων ὄγδοος βασιλεὺς* vocatur, quum *ὄγδοος καὶ δέκατος* appellandus esset. In his tamen quatuor locis nulla fit filiae mentio. Sed in Excerptis chronologicis, quae Latine quidem, sed barbare, scripta sunt, p. 74. memoratur „Actosai et Semiramis femina annos XXIII. Bilochus annos XXV.“ vbi priora Graece scribas *Ἄτοσσα ἡ καὶ Σεμίραμις*, et regis nomen *Βήλοχος*, sicut ibidem *Bilus* dicitur, qui Graece *Βῆλος*. Conf. *Scaligeri* Animaduerss. p. 37. a. et *Gerh. Ioh. Vossius* de theologia gentili 1, 23. p. 90. sq. Aliam Semiramidem, quae Atoseae quoque nomine appellata fue-

Digitized by Google

rit, memorauit *Conon* narratione nona p. 8. edit. Goetting. 1798. 8. *Ἡ ἐννάτη τὰ περὶ Σεμιράμεως λέγει· καὶ Σεμίραμιν οὐχὶ γυναῖκα κατὰ τοὺς ἄλλους φησὶ Νίνου γενέσθαι, ἀλλὰ θυγατέρα· καὶ λόγῳ ἑνὶ, ὅσα οἱ ἄλλοι περὶ Ἀτόσσης Ἀσσυρίου ἀναγράφουσι, ταῦθ' οὗτος* (Conon) *εἰς Σεμίραμιν ἀναφέρει· οὐκ ἔχω δὲ λέγειν, εἴτε δυσὶν ὀνόμασι τὴν αὐτὴν νομίζων καλεῖσθαι, ἢ τὰ περὶ Σεμιράμεως ἄλλως οὐκ εἰδώς. Λέγει δ', ὡς ἡ Σεμίραμις αὕτη τῷ υἱῷ λάθρα καὶ ἀγνοοῦσα μιγεῖσα, εἶτα γνοῦσα, ἄνδρα ἐν τῷ φανερῷ ἔσχε.* 4) Duae vel tres Semiramides, totidemque Atossae, inter se confusae sunt, ita vt nunc definiri neutiquam possit, cui Semiramidi et cui Atossae haec, quae hoc fragmento et praecedente narrantur, tribui debeant. 5) De chronologia h. l. quaerere neque volui, neque potui, sed monuisse sufficit, inter Assyriorum reges fuisse Belochum aliquem, et habuisse filiam, cui et Atossa et Semiramis nomen fuerit. Haec igitur, vel saltem, si mauis, Nini filia, in Hellanici locis videtur intelligi.

CXXXII. c.

Schol. Aeschyl. Pers. 775. *Κύρου δὲ υἱὸς ὁ Καμβύσης, ἀδελφὸς δὲ, κατὰ Ἑλλάνικον, Μαρφίου καὶ Μέμφιδος.*

Μάρφιος videtur idem esse, qui ab *Aeschylo* v. 780. *Μάραφις* appellatur, sed in *Aldi* et *Robortelli* editionibus *Μάρφις*. Apud *Herodot.* 1, 125. inter *Περσέων γένεα* sunt *Μαράφιοι*, qui ab Maraphio, Menelai et Helenae filio, descendere dicuntur apud *Eustath.* ad *Homer.* Il. γ, p. 400. auctore *Porphyrio*. Verum in re tam incerta non amplius h. l. tempus terendum arbitror.

CXXXIII. a.

Schol. Aeschyl. Pers. 778. *Ἀρταφρένης*] *τοῦτον Ἑλλάνικος Δαφέρνην καλεῖ.*

Idem *Schol.* ad v. 768. *Ἀρταφρένης ἐξ ἐτυμολογίας λέγεται ὁ τὰς φρένας ἔχων ἀρτίας καὶ ἀκεραίας.* — *He-*

Digitized by Google

rodotus 3, 118. etc. eundem vocat *Ἰνταφέρνεα* s. *Ἰνταφέρνην*. Fuit autem vnus e septem illis viris, qui Pseudo-Smerdin interfecerunt. Cf. *Bened. Hopfer* diss. de coniuratione septem Persarum in regni vsurpatorem, Tubing. 1674. et quae *Ioh. Friederichus*, qui Lipsiae 1622. 8. partem Thaliae Herodoteae edidit, de *μαγοφονίᾳ* disseruit.

CXXXIII. b.

Schol. Aeschyl. Pers. 719. *Ἡρόδοτος ξ' φησὶ Δαρείου παῖδας εἶναι· Ἑλλάνικος δὲ ιά.*

Ab *Herodoto* non septem Darii Hystaspidae filios memorari, sed duodecim, ita vt dissensio eius cum Hellanico sit admodum leuis, perspicue docet *Valckenar.* ad *Herodot.* 3, 88.

CXXXIIII.

Steph. Byz. Ἄρια, ἐθνικῶς καὶ οὐδετέρως, Περσικὴ χώρα, ὡς Ἑλλάνικος. τὸ ἐθνικὸν Ἄριοι, ὡς αὐτός φησι, καὶ Ἀριεύς.

Videtur Hellanicus talibus gentilium formis inprimis delectatus fuisse. v. fragm. LXX.

CXXXV.

Donatus ad. *Terent.* eun. 1, 2, 87. „*Eunuchos a Persis institutos putant ex captiuis. A Babyloniis enim Hellanicus author est id habuisse.*“

Videtur igitur Hellanicus cum iis sensisse, qui Semiramidem omnium primo teneros mares castrare instituisse narrant, v. c. *Ammian. Marcellin.* 14, 6. Cf. *Casp. Loescher* diss. de eunuchis, Lips. 1666. 4. *C. d'Ollincan* traité des eunuques, 1707. 12. (Verum auctoris nomen est *Charles Ancillon.*) *Guil. Saldeni* exerc. de eunuchis, quae extat in eius Otiis theologicis (Amst. 1684. 4.) p. 494 — 529. qui originem eunuchorum repetit ab Attye, venustissimo puero Phrygio. Alii eam ad Me-

Digitized by Google

Medos referunt, vt *Clearchus Solensis* apud *Athenae.* 12, p. 514. D. e quo loco saltem apparet, non Persis tribuendum esse hoc inuentum, quamuis *εὐνουχισμοῦ* inuentores Persas prodat, praeter *Donatum*, etiam *Stephanus Byz.* in *Σπάδα.*

AD *TPΩIKA*:

CXXXVI.

Eustath. ad Il. *κ*, p. 816, 12. de Apolline Thymbraeo: *λέγεται καὶ διὰ τοῦ ξ, Ζυμβραῖος, ἔτι δὲ καὶ Θύμβριος. ἢ κατὰ Ἑλλάνικον Δύμβριος διὰ τοῦ δ.*

Ex h. l. vel e *Steph. Byz.* in v. *Θήμβρα*, hausit *Phavor.* quae habet in v. *Θύμβρης.* Etiam *Asclepiades* Myrleanus apud *Schol. Theocrit.* 1, 118. per δ scripsisse legitur, *Δύμβρις.* — Si quis Hellanicum Grammaticum intelligeret, non repugnarem. Sed potest etiam Historicus, quippe Lesbius, atque adeo Dorica dialecto vsus, recte intelligi. — In vniuersum autem valde dubium est hoc loco nomen Hellanici. Nam in Lipsiensi Scholiorum Codice fol. 129. a. ad Iliad. *κ*, 430. pro verbis, *ἢ κατὰ — τοῦ δ*, leguntur haec: *καὶ Δύμβριος διὰ τοῦ δ, Ἑλληνικῶς.* quae miror non esse in editione Villoisoniana. Appollinem Thymbraeum dictum fuisse a loco quodam Thymbra, Troiae vicino, et thymbrae herbae feracissimo, vbi Paris interfecit Achillem, vulgaris sententia est. (Cf. *Strab.* 13, p. 598. A.) E physicis, vt solet, hoc dei cognomen derivat, vt sit quasi *ὁ τοὺς ὄμβρους θεὶς*, *Macrobius* Saturnn. 1, 17.

CXXXVII.

Schol. Hom. Il. *υ*, 145. *Ποσειδῶν καὶ Ἀπόλλων, προστάξαντος Διὸς Λαομέδοντι θητεῦσαι, ἐπὶ μισθῷ τεταγμένῳ τὸ τεῖχος κατασκευάζουσι. Λαομέδων δὲ παραβὰς τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας, μὴ δοὺς τὸν μισθὸν, ἀπήλασεν αὐτούς· ἀγανακτήσας δὲ Ποσειδῶν, ἔπεμψε τῇ χώρᾳ κῆτος, ὃ τούς τε παρατυγχάνοντας ἀνθρώπους καὶ τοὺς γιγνομέ-*

Digitized by Google

νους καρποὺς διέφθειρε. μαντευομένῳ δὲ τῷ Λαομέδοντι χρησμὸς ἐδόθη, Ἡσιόνην τὴν θυγατέρα Λαομέδοντος (Villoisonus edidit *αὐτοῦ) βορὰν ἐκδοῦναι (Villois. ἐκθεῖναι τῷ κήτει), καὶ οὕτως ἀπαλλαγήσεσθαι τοῦ δεινοῦ. προθεὶς δὲ ἐκεῖνος τὴν θυγατέρα, μισθὸν ἐκήρυξε τῷ τὸ κῆτος ἀνελόντι, τοὺς ἀθανάτους ἵππους δώσειν, οὓς Τρωῒ Ζεὺς ἀντὶ Γανυμήδους ἔδωκεν. Ἡρακλῆς δὲ παραγενόμενος, ὑπέσχετο τὸν ἆθλον κατορθώσειν, καὶ Ἀθηνᾶς αὐτῷ πρόβλημα ποιησάσης τὸ καλούμενον ἀμφίχυτον τεῖχος, εἰσδὺς διὰ τοῦ στόματος εἰς τὴν κοιλίαν τοῦ κήτους τὰς λαγόνας (Villois. τοῦ κήτους, αὐτοῦ τὰς λαγόνας) διέφθειρεν. ὁ δὲ Λαομέδων ὑπαλλάξας, θνητοὺς δίδωσιν ἵππους. μαθὼν δὲ Ἡρακλῆς, ἐστράτευσε (Villois. ἐπεστράτευσε), καὶ Ἴλιον ἐπόρθησε, καὶ οὕτως ἔλαβε (Villois. ἤλαυνε) τοὺς ἵππους. Ἡ ἱστορία παρὰ Ἑλλανίκῳ.*

In vniuersum consentit cum Hellanico *Apollodorus* 2, 5, 9. In nonnullis tamen ab eo differt. Sic pro eo, quod Hellanicus cum *Homero* Il. φ, 442. sqq. Apollinem et Neptunum θητεῦσαι dicit Laomedonti, *Apollod.* eos ait voluisse *τὴν Λαομέδοντος ὕβριν πειράσαι*, et sponte pollicitos esse, pro mercede se Pergamum esse muro cincturos, et non reddita mercede non solum Neptunum iniuriam illam vltum esse per belluam marinam, sed Apollinem quoque, peste immissa: quod haud dubie Hellanicus omisit propterea, quia non ad consilium suum pertinere videbatur. Puto enim, eum hanc historiam eo consilio narrasse, vt ostenderet causam, qua motus Hercules bellum intulerit Laomedonti. Deinde *Apollod.* non simpliciter tradit Hesionen a patre expositam fuisse, sed saxis prope mare alligatam. Equos illos non immortales diserte vocat, sed ita describit: *τὰς ἵππους, ἃς ὁ Ζεὺς ποινὴν τῆς Γανυμήδους ἁρπαγῆς ἔδωκεν*, nempe Troi, Ganymedis patri. (v. *Hom.* Il. ε, 265.) Etiam in eo dissentit ab Hellanico, quod ipsum Herculem dicit proposuisse conditiones, sub quibus liberaturus esset Hesionen. Praeterea non pauca omittit, v. c. illud, quod Hercules defensus s. tectus dicitur per *τεῖχος ἀμ-*

Digitized by Google

φίχυτον, h. e. *Hesychio* interprete, περικεχωσμένον ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν, ὥστε προβάσεις ἔχειν φανεράς. Ceterum apud *Pindar.* Ol. 8, 41. sqq. (31. sqq.) Apollo et Neptunus in condendis muris Troianis dicuntur adiuti fuisse ab Aeaco, Pelei fratre, cuius ex Endeide, Chironis filia, filius fuit Telamon. v. *Apollod.* 3, 12, 6. *Hesione* autem fuit filia Laomedontis e filia Scamandri, quae ab aliis Στρυμὼ dicitur, ab Hellanico Τρυμώ. Ita enim *Schol. Hom.* Il. γ, 250. et ex eo *Phavor.* in v. Ζευξίππη· ἡ μήτηρ τοῦ Πριάμου — κατὰ Ἑλλάνικον ἐκαλεῖτο Τρυμώ. vbi tamen *Villoisonus* edidit Στρυμώ, ita vt *Apollodorus* Hellanicum sit secutus. Ab aliis aliter vocatur Laomedontis vxor (v. *Schol. Hom.* l. l. et *Apollod.* 3, 12, 3.), haud dubie, quia habuit plures.

CXXXVIII.

Tzetz. ad *Lycophr.* 469. Ἑλλάνικος ἱστορεῖ, ὅτι πρὸ τοῦ Ἡρακλέα εἰσελθεῖν ἐν τῇ Τροίᾳ, ὁ Τελαμὼν μέρος τοῦ τείχους καταβαλὼν εἰσῆλθε· σπωμένου δὲ ἐπ' αὐτὸν Ἡρακλέους τὸ ξίφος, ὁ Τελαμὼν παρατηρήσας τοῦτου ἕνεκα δυσχεράναντα τὸν Ἡρακλέα, λίθους περὶ αὐτὸν ἐσώρευεν. τοῦ δὲ φαμένου, Τί τοῦτο; Τελαμὼν ἔφη, ἐγείρειν μέλλω βωμὸν Ἡρακλέους Ἀλεξικάκου. καὶ οὕτως τῆς ὀργῆς Ἡρακλῆς παύεται, καὶ γέρας αὐτῷ τὴν Ἡσιόνην, τὴν καὶ Θεάνειραν, δωρεῖται.

Haec eadem narrat *Apollodor.* 2, 6, 4. Nempe Telamon (de quo v. ad fragm. CXXXVII.) fuit Herculis in expugnanda Troia socius. [v. *Pindar.* Isthm. 6, 39. sqq. (5, 26. sqq.) Nem. 4, 40. sqq. (25. sqq.)] Qui quum prior Hercule Troiae muros perrupisset, indignatus est Hercules, μηδένα θέλων ἑαυτοῦ κρείττονα νομίζεσθαι, quae verba addidit *Apollodorus.* Idem *Apollod.* non habet Ἡρακλέους Ἀλεξικάκου, quod est ἴδιον Ἡρακλέους ἐπίθετον, teste *Schol. Aristoph.* nubb. 1375. Et sane Hercules a *Pallada Alexandrino* in *Brunckii* Analectt. Vol. II. p. 435. n. CXXXIII. appellatur Ἀλεξίκακος. Sed etiam Leucothea a *Philodemo*, eodem Volumine p. 90. n. XXV.

Cf. *Schol. Apollon. Rhod.* 1, 1218. Sed *Apollodorus* habet Ἡρ. Καλλινίκου, quod epitheton sane h. l. aptissimum est, et quo iam ornatus fuit Hercules ab *Archilocho*, poeta lyrico ante Pindarum celebri, in carmine epinicio in Herculem composito. v. *Schol. Pind.* Ol. 9, 1. Cf. *Eurip.* Herc. fur. 961. 581. sq. De vtroque illo nomine, Ἀλεξίκακος et Καλλίνικος, *Aristides* T. I. p. 34. edit. *Iebb.* haec dicit: αἱ ἐπωνυμίαι, Καλλίνικός τε καὶ Ἀλεξίκακος, ἡ μὲν μόνῳ θεῶν, ἡ δ' ἐν τοῖς πρώτοις δέδοται.

CXXXVIIII.

Schol. Hom. Il. ε, 64. Ἑλλάνικός (*Villoisonus* dedit Ἑλληνικὸν δέ) φησι, χρησμὸν δοθῆναι τοῖς Τρωσὶν, ἀπέχεσθαι μὲν ναυτιλίας, γεωργίᾳ δὲ προσανέχειν (Cum *Villoisono* lege προσέχειν), μὴ τῇ θαλάσσῃ χρώμενοι ἀπολέσωσιν αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν.

Causa facile patet. Nisi enim Troiani nauigationi operam dedissent, Paris non potuisset Spartam proficisci et Helenam rapere, malorum causam.

CXXXX.

Arrian. dissertt. Epictet. 2, 19. τίς ἦν ὁ τοῦ Ἕκτορος πατήρ; Πρίαμος. τίνες ἀδελφοί; Ἀλέξανδρος καὶ Δηΐφοβος. μήτηρ δ' αὐτῶν τίς; Ἑκάβη. παρείληφα ταύτην τὴν ἱστορίαν παρὰ τίνος; παρ' Ὁμήρου. γράφει δὲ περὶ αὐτῶν, δοκῶ, καὶ Ἑλλάνικος, καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος.

Alii Hectorem faciunt Apollinis filium, vt *Stesichorus, Euphorion*, et *Alexander Aetolus*, apud *Tzetz.* ad *Lycophr.* 266. Ἀλέξανδρος Paris dictus fuit ἀπὸ τοῦ παρελθεῖν τὸν μόρον. (v. *Schol. Hom.* Il. γ, 325. μ, 93. et *Doruill.* ad *Chariton.* 8, 1. p. 648. [p. 596. ed. *Beck.*]) Accepit autem hoc nomen ab eo, qui illum in Ida a Priamo patre expositum susceperat et educauerat. (v. *Apollod.* 3, 12, 5.) Aliam etymologiam tradit *Schol. Eurip.* Androm. 294. De Hecubae patre dissentiunt poetae.

Digitized by Google

Homerus (Il. π, 718.) dicit eam Dymantis filiam, *Euripides* (Hec. 3.) Cissei. Sic *Κισσηΐς Ἑκάβη* est apud *Statyllium Flaccum*, in *Brunckii* Analectt. T. II. p. 264. n. X.

CXXXXI.

Eustath. ad Odyss. π, p. 1796, 42. et ex eo *Phavor.* in v. *Ἀρκεσίλαος· Ἀριστοτέλης ἐν Ἰθακησίων πολιτείᾳ καὶ Ἑλλάνικος δὲ, Τηλέμαχον φασὶ Ναυσικάαν γῆμαι, τὴν Ἀλκινόου, καὶ γεννῆσαι τὸν Περσέπτολιν.*

Sed *Hesiodus* apud *Eustath.* l. l. Polycasten, Nestoris filiam, dicit Perseptolin peperisse: *Τηλεμάχῳ δ' ἄρ' ἔτικτεν ἐΰζωνος Πολυκάστη, Νέστορος ὁπλοτάτη κούρη Νηληϊάδεω, Περσέπτολιν, μιχθεῖσα διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.* Alii aliter. Sed bene monet *Eustathius*: *περιττὰ ταῦτα καὶ κενὴ μοχθηρία. εἰ δ' οὖν στενῶς φράξοιντο, μικρὸν τὸ βλάβος.*

CXXXXII.

Schol. Hom. Il. γ, 151. *Τιθωνοῦ τοῦ Λαομέδοντος, Πριάμου δὲ ἀδελφοῦ, ἠράσθη Ἠμέρα.* (ἡ Ἠμέρα habet *Villoison.*) *ἐξ οὗπερ ἔτεκεν υἱὸν τὸν Μέμνονα.* (*Villois. ἐποίησεν τὸν υἱὸν Μέμνονα.*) *Μακρῷ δὲ βίῳ δαπανηθέντος ἐκείνου, μετέβαλεν αὐτὸν εἰς τέττιγα ἡ θεός. Διὸ δὴ αὐτοῦ τοὺς συγγενεῖς δημογέροντας τέττιξιν εἰκάζει ὁ ποιητής. Ἱστορεῖ Ἑλλάνικος.*

Memnon iste fuit dux Aethiopum, quos ex Oriente socios adduxit Troianis. v. *Q. Calaber s. Smyrnaeus* 2, 100. sq. *Τοῖσι δ' ἄρ' οὐ μετὰ δηρὸν ἀρήϊος ἦλυθε Μέμνων, κυανέοισι μετ' Αἰθιόπεσσιν ἀνάσσων*, etc. et Priamus apud *Virgil.* Aen. 1, 489. agnouit Eoasque acies, et nigri Memnonis arma. Tractauerat hoc argumentum *Arctinus Milesius* in quinque libris *Αἰθιοπίδος*, quorum argumentum debemus *Proclo*, e cuius Chrestomathia nuper excerpta quaedam, in codice Veneto reperta, et a *Siebenkeesio* descripta, edita leguntur in *Tychsenii* et *Mitscherlichii Bibliothek der alten Litteratur und*

Digitized by Google

Kunst, P. I. inter Inedita, p. 32 — 34. Fuit autem Memnon proprie rex Aegypti in Thebaide, in cuius regia fuit nobilissima illa statua, quae quotidie exoriente sole sonum vocalem edidisse dicitur, et ad quam videndam et alios multos scimus longinquas peregrinationes suscepisse et Alexandrum M. (v. omnino *Freinsh.* ad *Curt.* 4, 8, 3. et *Paul. Ern. Iablonski* de Memnone Graecorum et Aegyptiorum, huiusque celeberrima in Thebaide statua syntagmata tria, Frcf. ad Viadr. 1753. 4.) Recte igitur sentire videntur, qui putant, Memnonem fictum fuisse Aurorae filium, quod ex Oriente Troianis belli socios adduxerit Aethiopas, quos Graeci incolere putabant regiones Orientis australes. Vnde *Aeschylus* apud *Strab.* 15, p. 728. A. Memnonis matrem non Auroram aut Diem vocat, sed Cissiam. De re tamen ipsa videtur posse dubitari. Immo facio cum *Heynio* ad *Apollod.* p. 756. qui, „haec omnia, inquit, si quid veri subest, auxilia Priamo ex orientali aliqua regione Asiae minoris adducta declarant.“ Memnon ad Troiam interfecit Antilochum (v. *Proclus* l. l. p. 33.), ipse interfectus est ab Achille, vt frater eius Emathion ab Hercule eo tempore, quo Geryonis boues abegit. v. *Schol. Pind.* Ol. 2, 148. Causa mutationis Tithoni in cicadam satis nota est omnibus. Solemnis autem nominum *Aurora* et *Dies* permutatio multis exemplis probari potest. Sic *Tzetz.* ad *Lycophr.* 18. et *Schol. Pind.* l. l. habet Ἡμέρα, quum ipse *Lycophron*, vt *Hesiod.* theog. 984. *Apollod.* 3, 12, 4. aliique habeant Ἠώς. Eodem modo Cephalum Ἠὼς eius amore capta dicitur rapuisse apud *Apollodorum* 3, 14, 3., sed Ἡμέρα apud *Pausan.* 1, 3. p. 8. et 3, 18. p. 256. Conf. *Heraclidis* Allegoriae, in *Galei* Opusculis mythologicis, physicis et ethicis p. 492. et *Ioh. Christi. Wernsdorfii* Commentatio, quae inscribitur: Allegoria Homerica *raptus Aurorae* explicata, et inserta est *Ferd. Stoschii* Museo critico, Vol. I. Fascic. III. Lemgov. 1775. 8. p. 286 — 358. Aurora igitur s. Dies Tithoni amore capta, petiit ei a Parcis immortalitatem. Sed quum oblita es-

Digitized by Google

set simul perpetuam iuuentutem petere, ita senectute debilitatus fuit, vt infantis instar esset tractandus. Vnde ille vitae pertaesus vxorem rogauit, vellet ipsi mortem inferre. Quod quum illa non posset, mutauit eum in cicadam, quia cicadae in senectute dicuntur cute posita iuvenescere. (v. *Hygin.* fab. 270. et maxime *Homer.* h. in Ven. 219. sqq.) Huius de Tithono fabulae allegoricam aliquam, sed mihi quidem minus probabilem, explicationem attulit *Athenaeus* 12, p. 548. F.

CXXXXIII.

Euseb. praep. euang. 10, 12. p. 498. B. *κατὰ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος τῆς Ἀγαμέμνονος βασιλείας, Ἴλιον ἑάλω, Δημοφῶντος τοῦ Θησέως βασιλεύοντος Ἀθήνῃσι τῷ πρώτῳ ἔτει, Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα, ὥς φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος. — Ἑλλάνικος, δωδεκάτῃ Θαργηλιῶνος.*

Hellanicum ita statuisse, tradit etiam *Clemens Alex.* stromm. 1, p. 321. D. et cum Hellanico Dionysium Argiuum consensisse, vidimus ex Eusebii loco. Sed aliter sentit *Dionys. Halic.* archaeol. 1, p. 51, 4. Ἴλιον, inquit, ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους, ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς (h. e. die vigesimo tertio) Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. De hac rationum differentia vix opus est vt quaedam a me dicantur, postquam satis saepe illa explicata fuit. Cf. *Petr. Castellan.* de mensib. Atticis, et *Sam. Petit.* de anno Attico, qui libri cum aliis huius argumenti extant in *Gronov.* thes. T. IX. *Thargelion*, vt ex ipso *Dionys. Hal.* intelligitur, fuit mensis anni Attici vndecimus s. penultimus. *Bougainvillius* in commentat. ad §. 11. laudata p. 73. putat, si quidem integer sit Hellanici locus, hanc ad menses Atticos rationem ab eo allatam esse in Atthide, quia constet, in Ἱερείαις τῆς Ἥρας Troiae excidium ab eo relatum fuisse ad tempora Callistus, sacerdotis Argiuae. Scilicet *Henr. Dodwellus* in opere de veterib. Graecor. Romanorumque cy-

Digitized by Google

clis (Oxon. 1701. 4.), p. 803. sq. edidit fragmentum *Ioh. Tzetzae περὶ ἁλώσεως τῆς Τροίας ἐκ τῶν Μεθομηρικῶν*, quod nunc, postquam *Tzetzae* Antehomerica, Homerica et Posthomerica e codicibus edidit *Friedericus Iacobs*, Lips. 1793. 8., finem Posthomericorum facit, vers. 768 — 780. In eo igitur leguntur haec:

Μῆνα δὲ ἤδη ἐρείω, ἦμάρ τ' ἠδέ τε ὥρην,
Οἰκτροτάτου λυκάβαντος, ὃς ἄλγεα θήκατο Τροίῃ.
Δωδεκάτῃ μὲν ἔην μηνὸς Θαργηλιῶνος,
Τόν ῥ' Αἰωνάριον κικλήσκει μὲν Λογγῖνος·
Ἰαννουάριον δ' ἀνέρες πάντες καλέουσι.
Νὺξ δ' ἄρ' ἔην μέσση, λαμπρὴ δ' ἐπέτελλε σελήνη,
Παρθένου εἰσελάασα δρόμον μεγάλοισιν ἐν ἄστροις,
Ἠελίου ἀμφ' Αἰγόκερον Κρόνου οἶκον ἐόντος.
Καλλιστὼ δ' ἱέρεια κλειναῖς ἦν ἐν Ἀθήναις
Οἰκτροτάτου μεγάλου λυκάβαντος. Κείνῃ ἐν ὥρῃ,
Κείνῃ νυκτὶ, ὁ Λέσβιος Ἑλλάνικος ἀείδει·
Σὺν τῷ καὶ Δοῦρις· Τροίαν ἑλέειν Παναχαιοὺς,
Οἴκαδέ τ' ἐλθέμεναι λυγρὸν τὸν νόστον ἰδόντας.

Ex hoc loco num recte collegerit *Bougainvillius*, quae eum inde collegisse dixi, tu, lector, ipse facile diiudicabis. Mihi *Dodwellus*, cuius notae omnino legendae sunt ad verba *Tzetzae* et emendanda et illustranda, non ineptam sententiam attulisse videtur, qua statuit, fortasse hunc Hellanici locum petitum esse e Phoronide, et fortasse Phoronidis opus metricum, cuius auctorem supra ignotum esse dixi, deberi Hellanico. Haec viri docti sententia nititur maxime verbo *ἀείδει*, quo vidimus *Tzetzen* usum esse, quo tamen solo, nisi grauiora argumenta afferri possunt, nihil efficitur. Scilicet verbum *ᾄδειν* non semper de poetis dici, multis locis ostendi potest. Sic *Eustath.* ad *Homer.* Odyss. *α*, p. 1402, 46. postquam commemorauit *τοὺς πάλαι ῥήτορας*, statim addit: *παῤ οἷς ᾄδεταί τις παράσιτος — αὐτὸς εἰπεῖν, ἄριστον εἶναι τὸ κατὰ χειρῶν ἤγουν τὸ ἐν συσσιτίοις διδόμενον ὕδωρ.* et p. 1407, 56. verbum *εὐχετόωνται* explicat verbis *ᾄδονται* et *λέγονται* tanquam idem significantibus. Maxime

Digitized by Google

huc pertinet locus *Strabonis* 1, p. 18. ed. *Casaub.* πρώτιστα ἡ ποιητικὴ κατασκευὴ παρῆλθεν εἰς τὸ μέσον, καὶ εὐδοκίμησεν· εἶτα ἐκείνην μιμούμενοι, λύσαντες τὸ μέτρον, τἄλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ, συνέγραψαν οἱ περὶ Κάδμον καὶ Φερεκύδην καὶ Ἑκαταῖον. — καὶ τὸ ᾄδειν δὲ ἀντὶ τοῦ φράζειν τιθέμενον παρὰ τοῖς πάλαι, ταυτὸ τοῦτο ἐκμαρτυρεῖ, διότι πηγὴ καὶ ἀρχὴ φράσεως κατεσκευασμένης καὶ ῥητορικῆς ὑπῆρξεν ἡ ποιητική. et quae ibi plura sequuntur. Sic *Aristoteles* Rhetor. 3, 1, 9. ποιητικὴ πρώτη ἐγένετο ἡ λέξις. *Aristides* T. I. p. 31. οἱ καταλογάδην ᾄδοντες τὰ σὰ πολλὰ δὲ ποιηταὶ ὑμνήκασι. Quin etiam Latini interdum sic suo verbo *canere* vsi sunt. *Apuleius* Florid. p. 363. ed. *Elmenhorst.* „*canit* Empedocles carmina, *Plato dialogos*, Socrates hymnos, Epicharmus modos, *Xenophon historias*, *Xenocrates satyras*.“ Huc eodem pertinent loci, quibus ποιητὴς dicitur de quocunque scriptore, vt in *Platonis* Euthydemo T. I. Opp. p. 305. B. ποιητὴς λόγων οἷς οἱ ῥήτορες ἀγωνίζονται. Conf. quae ad *Pherecyd.* p. 12. de nominibus ποίημα et ποίησις dixi, et *Cuper.* Obss. 2, 10. p. 217. sq. Idem *Dodwellus* docte animaduertit, *Tzetzae* errorem, quo Callisto dicit Athenis sacerdotem fuisse, similem esse errori *Hesychii* in v. Ἰώ, vbi Io s. Callithoe, quae fuit prima Iunonis Argiuae sacerdos, dicitur sacerdos Minervae, τῆς Ἀθηνᾶς. De *Demophonte*, cuius iam supra mentio facta est fragm. LXXXXI. et ad fragm. LXXXXVIII. v. *Meurs.* de regg. Athenn. 3, 6. sqq. T. I. Opp. p. 702 — 709. et apud *Gronov*, T. IV. p. 1114. sqq.

De illo Hellanici loco, quo Troianis gratificaturus nunquam eorum vrbem vastatam fuisse dixit, disputaui iam §. 6. Addi potest *Dionis Chrysostomi* orat. XI. ὑπὲρ τοῦ Ἴλιον μὴ ἁλῶναι, in qua Homeri narrationes cum aegrorum somniis comparat. Idem argumentum non male persecutus est *Eberh. Rud. Roth*, in exercitat. histor. de bello Troiano, in qua contra omnes fere historicos ostenditur, Troiam in illo bello, quod decennale putatur, minime a Graecis flammis ruinisue fuisse deletam,

Digitized by Google

Ien. 1674. 4. Sed Homerum a Dione Chrysostomo vindicare studuit peculiari dissertatione *Godofr. Kirbach*, Viteb. 1687. 4. §. 6. sqq.

CXXXXIIII.

Tzetzes in Posthomericis, postquam Penthesileam, Hippolytae sororem, Amazonum reginam, *Quinto Smyrnaeo* lib. 1. Posthomericorum vers. 18. sqq. auctore, Troiam ideo venisse narrauit, quod sororem suam inter venandum inuita occidisset, versu 13. sqq. ita pergit:

Ταῦτα μὲν ὧδ' ὁ Κόϊντος ἑοῖς ἐπέεσσιν ἀείδει.
Ἑλλάνικος, Λυσίας δὲ καὶ ἄλλοι ἄνδρες ἀγαυοὶ
Φὰν, ἕνεκα σφετέρης ἀρετῆς ἐπιήλυθε Τροίῃ,
Κῦδος ἀεξήσασα, ὅπως τε γάμοισι μιγείη.
Ταῖς γὰρ ἀπαίσιόν ἐστι παρ' ἀνδράσι βήμεναι εὐνῇ,
Εἰ μὴ μὲν πολέμοισιν ἀριστήσωσιν ὑπ' ἄνδρας.
Τὼς μὲν Πενθεσίλειαν ἐλθέμεν οἵγ' ἐρέουσιν.

In rebus Amazonum, quum omnia sint incerta, valde dissentiunt scriptores, id quod partim ex *Tzetzae* Posthomericis et Scholiis ad *Lycophr.* 1327. patet, partim ex iis, quae *Heynius* ad *Apollodor.* 2, 5, 9. annotauit. Conf. supra fragm. LXXXXII. — *Lysiam* oratorem intelligendum esse, paene certum puto. Certe is in Epitaphio p. 55 — 59. ed. *Reisk.* nonnulla de Amazonibus retulit. Et trahi huc possunt, quae p. 57. de expeditione illarum in Atticam traduntur. — Quinam sint ἄνδρες illi ἀγαυοὶ, qui cum *Hellanico* consenserint, Scholiastes docere voluit his verbis: εἰς Ἡρόδοτον ἀποτεινάμενος εἶπεν. Iam *Herodotus* varia quidem de Amazonibus narrauit 4, 110 — 117. ex quo vltimo capite huc pertinent verba: οὐ γαμέεται παρθένος οὐδεμίη, πρὶν ἂν τῶν πολεμίων ἄνδρα ἀποκτείνῃ. De Penthesilea vero nihil habet. — Pro ἐπιήλυθε malim ἐπελήλυθε. — Pro ἀριστήσωσιν ὑπ' ἄνδρας reponendum putem ἀριστεύσωσιν ἐπ' ἄνδρας. — Etiam ἀεξήσασα mutauerim in ἀεξήσουσα.

De alio loco Hellanici, quem laudat *Schol. Apoll. Rhod.* 1, 1129. et quo continetur eius de Dactylis Idaeis

Digitized by Google

sententia, dixi in *Pherecydis* reliquiarum collectione, p. 146. sq. editionis alterius, quae Lipsiae 1824. 8. prodiit.

AD *ΦΟΡΩΝΙΔΑ*:

CXXXXV.

Proclus in vita Homeri, quae nuper auctior edita est e cod. Escurialensi in laudato illo libro: *Bibliothek der alt. Litter. und Kunst*, P. I. inter Inedita, p. 8. *Ἑλλάνικος καὶ Δαμάστης καὶ Φερεκύδης εἰς Ὀρφέα τὸ γένος παράγουσιν αὐτοῦ. Μαίονα γάρ φασι τὸν Ὁμήρου πατέρα, καὶ Δῖον τὸν Ἡσιόδου γενέσθαι Ἀπελλίδος, τοῦ Μελανωποῦ, τοῦ Ἐπιφραδέως, τοῦ Χαριφήμου, τοῦ Φιλοτέρπεως, τοῦ Ἰδμονίδα, τοῦ Εὐκλέους, τοῦ Δωρίωνος, τοῦ Ὀρφέως.*

E fragm. LXXV. intelligetur et causa, cur hunc locum ad Phoronida retulerim, et insignis Hellanici cum aliis, vt cum *Suida* ibi laudato, consensus de cognatione Hesiodi atque Homeri. *Maeon* enim, quem *Hellanicus* et *Cleanthes* in certamine Homeri et Hesiodi p. 226. ed. *Robins.* vocasse dicuntur *Βίωνα*, nomine haud dubie corrupto, et ex nostro aliisque locis emendando, Maeon igitur, Homeri pater, et *Dius*, pater Hesiodi, dicuntur h. l. vsi esse patre Apellide, apud *Suid.* l. l. Dius vocatur filius Ampelidis. Iam etsi hic ab aliis aliter nominatur, a *Charace* (apud *Suid.* in v. Ὅμηρος) *Ἀτελλῆς*, (pro quo *Ἀπελλῆς* reposuit recte *Kusterus*,) in certam. H. et H. p. 229. *Ἀπέλλαιος*, etc. tamen quum non nimis magna sit talis nominum differentia, quae cernitur etiam in reliquis Homeri et Hesiodi maiorum nominibus, notata iam ex parte ab *Heynio* ad *Procl.* p. 19., certum tamen est, eum a tot scriptoribus antiquissimis, Hellanico, Damaste, Pherecyde, Charace, Cleanthe, putatum fuisse Homeri et Hesiodi auum; et quanquam ego non nego, quod *Heyn.* l. l. p. 18. dicit, mythicum esse, si a Musis, ab Orpheo, Lino, Musaeo, vates genus ducere dictus sit *), non ta-

*) quae sententia confirmari posset multis veterum testimoniis. Sufficiat *Antipatri Sidonii* epigramma XLV. T. II. Analectorum *Brunckii* p. 18. et *ἀδέσποτον* CCCCLXXXVII. p. 254. T. III. eorundem Analectorum.

Digitized by Google

men sprouerim temere talem genealogiam, si quidem eam cum constantia quadam afferri viderim a scriptoribus summa antiquitate venerandis. Immo priorem saltem eius partem veram esse existimo. Neque enim improbabile esse videtur, in tot fabulis, quibus obscuratam olim scimus magnorum virorum, in his Homeri, historiam et genealogiam, latere ipsam veritatem, et quamuis illam genealogiam, qua et Homerus et Hesiodus ab Orpheo descendere dicuntur, negari non possit ab aliis nimis fortasse exornatam fuisse, tamen, quum largiri debeamus, eam a multis scriptoribus eodem vel simili modo tradi, et nihil ei repugnantiae inesse, non dubito, quin hoc saltem certum putari possit, Homerum et Hesiodum recte dici cognatos fuisse. Mihi certe quidem valde verisimile est, Homerum, qui debebat Hesiodo paulo iunior existimari, a nonnullis, qui nimio eius amore capti tenerentur, studio factum fuisse Hesiodo antiquiorem. Nam vt taceam *Ephorum* apud *Gell.* 3, 11. et multa alia testimonia et argumenta, quae quia facile e tot virorum doctorum de hac re libris, v. c. e *Robinsoni* diss. de vita, scriptis, et aetate Hesiodi, p. XXXIX. sqq. peti possunt, non afferenda mihi putaui, *Varro* apud *Gell.* l. l. dixit, non esse dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint. Cuius sententia etsi *Proclo* etiam iudice p. 10. confirmari non potest nobili illo epigrammate, quod dicitur inscriptum fuisse in tripode, quem Hesiodus ipse posuerit in monte Helicone, et quod in *Brunckii* Analectt. Vol. III. p. 180. n. CLI. legitur, firmissime tamen sustentatur auctoritate marmm. Oxon. 1, 44. sq. et *Herodoti* 2, 53. e quorum locis inter se collatis manifestum esse arbitror, Homerum Hesiodo fuisse paulo iuniorem, sed eiusdem tamen aequalem. Hanc ipsam sententiam, cui non nescio quae opponi possunt (vid. *Seidel* ad *Eratosthenis* Geographicorum fragmenta p. 13. 14. omninoque *Harles.* ad *Fabricii* Biblioth. Graec. Vol. I. p. 331. sqq. et p. 567. sqq.), defendit nuper *Carlo Carli* in secunda diss. ad Hesiodum, vt scimus ex eius epistolis Americanis ad fr.

Digitized by Google

XXIIII. laudatis, Th. III. p. 88. Nam ipsam dissertationem non vidi. Hoc vero dato, dubito an quis me sit leuitatis et temeritatis accusaturus, qui arbitrer, non reiiciendam esse genealogiam ab Hellanico aliisque allatam, atque adeo Hesiodum et Homerum fuisse cognatos, h. e. eodem auo et proauo vsos esse, quicquid contra dicat *Proclus* p. 10. cuius argumentum nullam omnino vim habere posse, iam *Heyn.* docuit p. 20. Sed reliquam inde a Melanopo retro genealogiam ego quidem non magis defendere audeo, quam illam ad fr. LXXV. e *Suida* allatam, qua Melanopus, proauus vtriusque poetae, dicitur Homeri abauus. Quanquam enim cum illa consentit ex parte locus quidam in cert. H. et H. p. 229. nolo tamen sequi auctores anonymos et obscuros, et videor mihi pro certo affirmare posse, sic nimis antiquum existere Hesiodum.

CXXXXVI.

Idem *Proclus* in eadem vita Homeri p. 11. *γέγραφε ποιήσεις δύο, Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν. Ξένων καὶ Ἑλλάνικος ἀφαιροῦσιν αὐτοῦ, οἱ μέντοι ἀρχαῖοι καὶ τὸν Κύκλον ἀναφέρουσιν εἰς αὐτόν.*

Post *ἀφαιροῦσιν αὐτοῦ* quaedam excidisse, nisi quis vellet e sequentibus intelligere *τὸν Κύκλον*, et pro *Ξένων* fortasse reponendum esse *Ζήνων*, neque tamen hunc bene cum Hellanico iungi, *Heynius* ostendit p. 22. Equidem vellem nominasset bonus *Proclus* illos scriptores, qui adeo antiqui essent, vt opponi recte possent Hellanico, historiarum quidem auctori. Quidni vero Hellanicus grammaticus etiam hoc loco intelligatur? Saltem is cum Zenone aliquo grammatico, v. c. Myndio, iungi recte potest. Magis tamen mihi placeret, qui nomen corruptum *Ξένων* mutaret in *Ἰξίων*, vt intelligeretur Demetrius Adramyttenus, qui non raro simpliciter hoc cognomine *Ἰξίων* appellatur. Hic enim, quamuis duobus fere saeculis post Hellanicum Grammaticum atque adeo post Aristarchum vixit, tamen auctore *Suida* in *Δημήτριος ὁ ἐπίκλην*, Aristarcho vsus

Digitized by Google

est magistro, h. e. Aristarchi de rebus criticis et grammaticis praecepta sectatus, et scripsit *εἰς Ὅμηρον ἐξήγησιν*. Iam quum supra §. 10. compluribus exemplis docuerim, permagnam Hellanici Grammatici audaciam fuisse in excogitandis ac proferendis nouis et inauditis locorum Homericorum interpretationibus, mirum videri non potest, eum ab Homero adeo abiudicasse Iliada atque Odysseam. Nam haec potius verba, *Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν*, repetenda censeo et post *ἀφαιροῦσιν αὐτοῦ* supplenda. Quum autem Ixion quoque, vt Hellanicus, inter Grammaticos scholae Zenodoteae referendus sit, patet cur eiusdem criminis reus agi a *Proclo* potuerit. Ita ambo fuerint impii in diuinum poetam, et Ixionis *εἰς Ὅμηρον ἐξήγησις* aeque multa continuerit contortarum interpretationum exempla. Sicut igitur hi negabant Iliada et Odysseam ab Homero esse profectas, sic antiquiores Grammatici, *οἱ ἀρχαῖοι*, tantum afuit vt idem ferrent iudicium, vt etiam iusto plura opera, in his *τὸν Κύκλον*, ei tribuenda censerent.

Digitized by Google

GVLIELMI CANTERI

DE RATIONE EMENDANDI GRAECOS AVCTORES SYNTAGMA RECENS AVCTVM.

ANTVERPIAE
EX OFFICINA CHRISTOPH. PLANTINI
M. D. LXXI.

DENVO EDIDIT
CORREXIT ET AVXIT
FRIDERIC. GVIL. STVRZIVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD CHRISTOPHORVM PLANTINVM TYPOGRAPHVM CLARISSIMVM

PRAEFATIO.

Quo primum tempore Aristidem oratorem Latinum a nobis non sine maximis vigiliis factum edidimus, quoniam in eo scriptore permulta loca partim coniectura sagaci, partim veterum librorum collatione emendaveramus, tanquam ἐπίμετρον huic operi rationem ex ingenio scriptores Graecos emendandi, eaque loca, quae non prorsus Chironia sint ulcera, feliciter apteque restituendi, non incommode, ut nobis tum videbatur, subiunximus: cum praesertim hoc etiam huc esset accessurum, quod simul et emendationum in Aristide factarum redderetur ratio, et eaedem vicissim ad similia in aliis auctoribus castiganda loca viam patefacerent. Nam quae in rebus omnibus, et sacris et profanis, vim haberet maximam similitudo, posteaquam per mentis imbecillitatem veras omnium rerum rationes explicare non possemus: eandem in hoc quoque negotio illud effecturam, ut ad unius emendationis alicuius exemplum aliae plures alibi non inepte quasi succrescerent. Quod igitur

Digitized by Google

tum unius Graeci scriptoris auxilio suscipere sustinuimus, ut ex eo fere solo Graecorum omnium librorum emendationem tradere nos profiteremur; id nunc quasi resumptis viribus post aliud opus absolutum, loco multo commodiore, paulo pluribus ac maioribus fulti subsidiis, plenius et uberius docebimus.

Ac primo quidem loco de Aristide nostro correctionum exempla sumemus, quae in eo sunt propemodum innumera. Nam praeter nostras coniecturas, et collationem orationum duarum ab Aldo editarum, atque etiam codicem ab A. Arlenio cum vetere quodam collatum, tribus manuscriptis post Aristidem iam editum usi nos sumus: quorum duos Venetiis bibliothecae duae, altera S. Antonii, altera SS. Joannis et Pauli, tertium ex Augustanae reip. bibliotheca H. Wolfius nobis utendum dedit. Quin etiam M. Sophiani codicem, partim ab ipso correctum, partim cum veteribus collatum, I. V. Pinellus Patavii nobiscum communicavit. Secundo vero loco Heliodori historiam adducemus, ex duobus antiquis codicibus mirum in modum a nobis emendatam. Etenim primum cum Vaticano codice collatum hoc opus a quodam fuit: deinde ex alio in Italia scripto libro G. Falkenburgius idem emendavit. Ex utriusque porro libri notis in unum collectis Heliodorum nos correximus, nostris etiam alicubi coniecturis interiectis. Tertio loco volumen oratorum ab Aldo simul excusorum, Lysiae, Dinarchi, Andocidis, etc. proferemus: quod quidem solo nos ingenio iuvante locis plurimis repurgavimus. Quarto succedent Synesii aliquot opuscula, Graece et Latine primum a nobis edita: quae nobis I. Oporinus, et I. V. Pinellus e suis bibliothecis, H. Wolfius ex Augustana, suppeditarunt. Itaque partim e scriptorum inter se collatione, partim nostra sagacia freti, non difficulter eadem restituimus. Et quoniam haec numero pauca sunt, ex aliis quoque scriptoribus, ut Polybio, Thucydide, Iustino, Clemente, et reliquis emendationes aliquot conglutinabimus. Po-

Digitized by Google

stremo libros octo novarum lectionum tanquam triarium advocabimus: in quibus nostra multa, quaedam etiam veterum librorum sunt. Atque haec fere sunt nostrae huius disciplinae sive fundamenta, sive subsidia: quibus nisi, rursum hoc opus maioribus viribus et animis aggredimur. Quod enim ad ordinem tradendi attinet, in eo nihil mutabimus. Etenim quae literae in quas corrumpi ac degenerare soleant, singillatim primum ostendemus. Deinde quae literae vel addi, vel omitti temere soleant, docebimus: atque etiam ad syllabas, et verba plura tum superflua, tum desiderata veniemus. Hinc ad coniunctionem vocabulorum disiungendorum, et vicissim disiunctionem coniungendorum progrediemur: et alia quaedam denique ad hoc negotium quae pertinent, breviter addemus. Quibus in omnibus etiam idem, quod olim observaveramus, usu veniet, ut quaecunque codicum ope scripturae emendatae proponentur, nota parentheseos desinentis insigniantur, et a reliquis, quae lectoris submittuntur iudicio, discernantur. Hunc porro laborem nostrum, qui re vera maior fuit quam videri cuiquam poterit, C. Plantine, tibi dicatum volumus, cum quia singulari quadam benevolentia me meosque conatus hactenus prosecutus es, quod ego felicitatis in parte non exigua pono: tum quia sic de literis omnibus meritus es, ac mereris indies, dum summa industria, maximis sumptibus, ineffabili elegantia libros optimos publici iuris facis, nemo ut sit, qui studiosorum in cohorte censeri velit, quin multis nominibus tibi se devinctum fateri cogatur. Gratum igitur hunc animum nostrum, et publicis et privatis de causis hoc pacto nobis testatum, nunc quidem relinquere visum fuit: id quod tu, qua es humanitate, nisi optime non poteris interpretari. Vale.

Digitized by Google

In Iebbiana *Aristidis* editione haec legitur CANTERI PRAEFATIO:

Quod solent liberales facere mensores, ut praeter iustam legitimamque mensuram aliquid, quod ἐπίμετρον proprie vocatur, adiiciant, eandem in hoc opere nunc benignitatem sequi animum induxi, et quanquam Tomus quartus ἐκ περιουσίας, ut Graeci dicunt, totus admensus videri possit, hoc nihilominus velut ἐπίμετρον ἐπιμέτρου subiungere. Quoniam enim Graecorum scriptorum lectio quam sit utilis ac propemodum necessaria, pauci sunt qui ignorant: fit autem plerunque, ut iidem non levibus mendis partim veteribus, partim novis infecti, lectorem tanquam in itinere difficili lubricoque remorentur, et pedem cogant figere: huic rei aliquod remedium si attulero, non omnino nihil, quod ad studiosorum laborem levandum faciat, praestitum a me putabo. Breviter ergo rationem ex ingenio, cum libri meliores desunt, scriptores Graecos emendandi trademus, eaque loca, quae non prorsus Chironia sint ulcera, feliciter apteque restituendi. Atque id eo fiet commodius, quod ex Aristidis nostri emendationibus, in margine collocatis, licebit, velut e divite promptuario, quicquid ad hanc rem pertinebit, sumere. Nec enim alio statuimus nunc quidem autore uti, quandoquidem solus poterit ad omnia sufficere, et cuiuscunque emendandi generis exempla permulta praebere: quae cum partim coniecturae sagaci, partim etiam librorum veterum collationi debeantur, non incommode fiet, ut inter se fidem, quemadmodum in similibus accidere videmus, apud lectores faciant. Hoc etiam inerit hac in re commodi, quod simul et emendationum in Aristide factarum ratio reddetur, atque earum quoque, quae sunt in Novis Lectionibus, si forte et has aliquando citari contigerit; et eaedem vicissim ad similia in aliis autoribus castiganda loca viam patefaciant. Nam quae in rebus omnibus, et sacris et profanis, vim

Digitized by Google

habet maximam similitudo, posteaquam per mentis imbecillitatem veras omnium rerum rationes explicare non possumus; eadem in hoc quoque negocio illud efficiet, ut ad unius emendationis alicuius exemplum aliae plures alibi non inepte quasi succrescant. Sic igitur agemus, ut, quae literae in quas corrumpi ac degenerare soleant, atque ita voces alias, aliamque nonnunquam orationem sufficere, singillatim primum ostendamus. Deinde quae literae vel addi vel omitti temere soleant, docebimus: atque etiam ad syllabas et verba multa tum superflua, tum desiderata veniemus. Hinc ad coniunctionem vocabulorum disiungendorum, et rursum disiunctionem coniungendorum, rem ad iucunditatem pariter et utilitatem praestantissimam, progrediemur: et alia quaedam denique, quae ad hoc negocium pertinent, breviter addemus. Atque in his, ut dixi, solius Aristidis, et si forte, Novarum Lectionum, atque etiam Tomi quarti emendationibus utemur, plura exempla vel ipsi per se studiosi colligent, vel nos olim, si suppetent antiqui libri plures, addemus. Horum enim iure summo maxima debet esse, ut et antiquitatis totius, autoritas: quae quoniam nec nobis in his deerit, ea ne sit obscura, hoc ubique observabimus, ut, quaecunque codicum ope scripturae emendatae proponentur, nota parentheseos desinentis insigniantur, et a reliquis, quae lectoris relinquuntur iudicio, discernantur. Sed iam tempus.

Digitized by Google

7 QVAE LITTERAE IN QVAS CORRVMPANTVR

CAPVT I.

A corrumpitur in *E*.

Haec mutatio saepissime contingit, nec difficulter animadverti potest. Scribendum igitur *ἀφεστὼς*] pro *ἐφεστὼς*, *Aristid.* Platon. 2. [a]) *πῶς γὰρ ἄν τις μᾶλλον ἔδειξε παντὸς ἐφεστὼς δέους.* — *ἀποδέδεικται*] pro *ἐπιδέδεικται*, orat. de Paraphtheg. [b]) *οὕτω δή σοι διὰ πάντων ἐπιδέδεικται.* — et in eadem [c]) *ἄγραφον*] pro *ἔγγραφον* (et *Alcid. εἰς τοὺς σοφ.* *), siquidem paulo post [d]) dicit: *ἀπὸ στόματος μόνον.* Nam litteras quidem geminari, vel geminatas reddi singulas, non raro videmus. Hinc *μέλειν* pro *μέλλειν* in Miner. **) et contra, ac similia. Iam *ἀφ'* pro *ἐφ'* duobus locis ponendum, initio De non agend. comoed. [e]) *ὅσα μὲν τῶν πραγμάτων αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν παρακαλεῖ σπουδάζειν.* et Platon. 2. [f]) *εἰ μὲν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ δεῖ σκοπεῖν.*

a) T. II. p. 140. b) T. II. p. 400. c) T. II. p. 370.
*) p. 86. Vol. VIII. Oratorum Graecorum edit. *Reiskii*
d) p. 387.
**) T. I. p. 14. et Serm. 4. T. I. p. 341.
e) T. I. p. 505. f) T. II. p. 159.

A in *I*, et contra.

Scribendum igitur *ἅπασα* pro *ἅπασι*, *Aristid.* contra prodit. [a]) *ὡς ἐφ' ἓν τοῦτο ἅπασι ἡ τῆς λογικῆς δυνάμεως*

Digitized by Google

ἔξις ὥρμηται. — ἀνδρακὰς, προ ἀνδρικὰς, lib. 3. cap. 25. Nouarum Lectionum, e *Plutarcho*. [b]) — Contra ἅπασιν pro ἅπασαν, *Aristid.* contra crimin. [c]) τὸ δὲ πλείστην ἅ- 8 πασαν ἁπάντων ὀλιγωρίαν ἐμπεπριηκός. — [d])

a) T. II. p. 409. b) Conuiv. Septem Sapient. Cap. 6. T. II. Opp. p. 151. E.
c) T. II. p. 423.
d) In editione *Aristidis* adduntur: „νεότητι pro νεότητα." Fortasse legendum est: „δεινότητι pro δεινότητα." vt intelligatur *Aristid.* de Paraph. T. II. p. 382.

A in *O*.

Scribendum igitur ἄν] pro ὄν, *Aristid.* sub finem Platon. 2. [a]) τὰ δ' ἔνδον ἄλλος ὂν εἰδείη τις. *) — ἀπολογίας] pro ὁμολογίας, in Panath. [b]) — πολεμοῦντας pro πολεμοῦντος, de societ. I. [c]) ὃ τοῦ πολεμοῦντος ἁμαρτεῖν ἐστι πέρας. — Etiam contra fieri, infra docebimus.

a) T. II. p. 307.
*) In edit. *Aristid.* additur: „et iterum in fine, ubi valet εἰ." Locus est T. II. p. 314.
b) T. I. p. 175. c) T. I. p. 489.

A in *T*, et contra.

Scribendum igitur ἀνάπτουσιν pro ἀνύπτουσιν, *Aristid.* Sicula 2. [a]) οὐ γὰρ ἀνθρώπων γε οὐδεὶς οἷος ἀντισχεῖν τοῖς τόθ' ὑμᾶς ἀνύπτουσιν. — ἀπέπεμπον] pro ὑπέπεμπον, *Heliod.* 3, extr. — Contra φυγόντες pro φαγόντες, *Aristid.* 1, de societ. [b]) διὰ δὲ τὴν ἡμετέραν ἀρετὴν οἱ διαφαγόντες Ἀθήνῃσι σώζονται. — ὑπ' pro ἀπ', Leuctr. 4. [c]) οὐδ' ἵνα ταῦθ', ἃ νῦν, πάθωσιν ἀπ' αὐτῶν.

a) T. I. p. 378. b) T. I. p. 480. c) T. I. p. 461.

A in *Ω*.

Scribendum igitur διάξουσι pro διώξουσι, *Aristid.* in Rhodiac: [a]) εἰ μὴ ἐν τοσαύτῃ καὶ τοιαύτῃ διώξουσι τῇ πα-

Digitized by Google

τρίδι, οἵᾳ πρόσθεν. — ἃς pro ὡς, *Heliodor.* 4, [b]) ἀλλ' ὡς εἰκὸς ἦν ἐκείνην, ἃ μήτε ἐπεφύκει, μήτε ἐβούλετο, καταναγκάσαι πράττειν. — ἅσπερ pro ὥσπερ, *Gorg.* ὑπὲρ Παλαμήδ. [c]) — Contrariam rationem infra trademus.

a) T. I. p. 552.

b) p. 179, 22. Ad calcem *Aristidis* laudatur locus sub initium Platonicae 1. Is est T. II. p. 22.

c) Vol. VIII. Oratorum Graecorum edit. *Reisk.* p. 115. vbi *Reiskius* malit ὥπερ in Duali.

9 *AI* in *E*, et contra.

Hoc primum heic animadvertendum, litteras quae eodem modo proferuntur, inter se commutari facillime. Sic *AI* et *E*, *O* et *Ω*, *H* et *I* et *Υ* et *EI* et *OI*, *T* et *Θ* saepissime inter se mutuo corrumpuntur. Atque id nos aliquando exemplis docebimus, aliquando ut non necessarium omittemus. Scribendum igitur ἀνταίρειν pro ἀντερεῖν, *Aristid.* Leuctr. 4. [a]) ἀλλὰ πρῶτος ἀναστὰς κελεύσω τοῖς Θηβαίοις ἀντερεῖν. — Neque debet in his vel similibus quenquam accentus movere, de quo dicemus infra. — Contra ἐσθῆσι pro αἰσθήσει, novarr. lectt. lib. 5. cap. 15. ex *Plat.* (Gorg. T. I. p. 465. B. ed. *Steph.*) cf. *Aristid.* T. II. p. 8.

a) T. I. p. 464.

Sic ἑταῖρος et ἕτερος saepe inuicem confundi ostendit *Alberti* Obs. in N. T. p. 451. sq. laudans etiam *Perizonii* emendationem apud *Aelian.* V. H. 3, 2. Apud *Epictet.* 33, 5. pro παραίτησαι olim male legebatur παραίτησε. In *Aristid.* Panath. T. I. p. 125. πεδίον scribendum pro παιδίον. Platon. 3. T. II. p. 321. ἀντερεῖν pro ἀνταιρεῖν.

AI in *H*.

Scribendum igitur πλαίσιον pro πλησίον, *Aristid.* in Monod. [a]) καὶ ἱερῶν ὁδοὶ καθ' ἕκαστον πλησίον ἀντ' ἀγορᾶς ἅπασαι. — αὐταῖς pro αὐτῆς, in Rhod. [b]) εἰ καὶ μέρος παρ' αὐτῆς ἦν τί. — Neque hoc fieri quisquam mira-

Digitized by Google

bitur, qui *AI* eundem nunc, quem olim *H*, sonum habere meminerit.

a) T. I. p. 261.

b) T. I. p. 558. Ante hoc exemplum in edit. *Aristid.* ponitur hoc: „*οἶμαι* pro *εἰ μή*." Vide num intelligatur Contr. Prodit. T. II. p. 410. vel de Societ. I. T. I. p. 481.

AI in *EI*, et contra, et in *OI*.

Scribendum igitur *ἐπαινέσαι*] pro *ἐπαινέσει*, *Aristid.* in Panath.[a]) *τοῦτον ὡς διὰ πάντων τῶν ἐν τῇ γῇ φύντων ἄριστον ἐπαινέσει*. — Contra *βλάψει* pro *βλάψαι*, *Lesbonact. προτρεπτ.*[b]) — Scribendum quoque *αὐταῖς* pro *αὐτοῖς*, *Aristid.* in Aegypt.[c]) *ὥστ' ἐλάττοσιν αὐτοῖς προσῆκεν εἶναι τὸ πλέον τοῦ χρόνου, ἢ συνεχῶς μείζοσιν.*

a) T. I. p. 192.

b) p. 218, 2. ed. Hanov. 1619. 8. (p. 22. ed. *Reisk.*)

c) T. II. p. 357.

AY in *H*, et contra.

Scribendum igitur *φλαῦρον* pro *λῆρον*, *Aristid.* 1. de concord.[a]) *ἆρα μικρόν τι καὶ λῆρον τὸ διάφορον τῆς στάσεως ὑμῖν παρὰ τὴν ὁμόνοιαν φαίνεται*; quanquam hoc certe affirmare nolim. — Contra tamen *ἢ* pro *αὖ*, *Aristid.* initio Sicul. 1.[b]) *εἴ τις αὖ τότε ἐξαρχῆς ἐπέκειτο*.

a) T. I. p. 530. b) T. I. p. 364.

B corrumpitur in *Θ*, et contra.

Scribendum igitur *βουβὼν*] pro *βουθὼν*, *Aristid.* sermon. 1.[a]) *ὅτε βουθὼν μεστὸς ἦν, καὶ πάντα ἐξῴδει*. — Contra *λαθεῖν* pro *λαβεῖν*, *Lys.* areopaget.[b]) *τὴν δὲ μορίαν, ἣν οὐχ οἷόν τ' ἦν λαβεῖν ἐξορύξαντα, ὡς ἀφανίζων νυνὶ κρίνομαι*.

a) T. I. p. 287.

b) p. 283, 2. Vol. V. Oratorum Graec. ed. *Reisk.*

Digitized by Google

B in *Λ*.

Scribendum igitur *λαβεῖν*] pro *λαλεῖν*, *Aristid.* in Panath. bis, [a]) et 1 de pac. [b]) *εἰ δ' αὖ νεωτερίζειν ἐγχειροῖεν, οὐκ εἶναι κρεῖττον κατ' αὐτῶν λαλεῖν.* ubi *λαβεῖν* dicit absolute, ut vocant, quemadmodum alibi, [c]) *λαβεῖν ὑπὲρ Θεμιστοκλέους.*

a) T. I. p. 94. 121. b) T. I. p. 393.

